

possit. Prudenter facere bonum est, Ita & taceret & cenare animal est. Ego mehercule tibi
tillare non desinam, & ludos mihi ex istis subtilibus ineptis facere, iusticia & fortitudo
si animal sunt, certe terrestria sunt. Omne animal terrestre alget, esurit, sitit. Ergo iusticia
alget, fortitudo esurit, clementia sitit. Quid porro, non interrogabo illos, quam figuram
habent ista animalia, hominis an equi, an ferae? Si rotundam illis, an quem deo dede-
rint formam? Quoram, an & auraria & luxuria & clementia æque rotunda sunt? Sunt
enim & ipsa animalia, si has quoq; rotundauerint, iam nunc interrogabo, an prudens am-
bulatio aial sit, nec ne, cōfiteantur necesse est. Deinde dicant ambulatione esse aial, & qdē
rotundum. Ne putes autē primū ex nostris, non ex scripto loqui, sed mee sententiae esse,
inter Cleantē & discipulū eius Chrysippū, non conuenit qd sit ambulatio. Cleantes, ait,
spiritum esse a principali, utq; in pedes pmissum, Chrysippus ipsum principale quod est,
Ergo cur nō ipsius Chrysippi exprolo sibi quisq; se vindicet? Et ista tot animalia, quod mū-
dus ipse nō potest capere derideat? Non sunt, inquit, uirtutes multa aialia, & tamē aialia
sunt. Nam quædam modū aliquis & poeta est & orator, & tamē unus, sic uirtutes ista aialia
sunt, sed multa non sunt. Idem est animus, & iustus, & prudens, & fortis. At singulæ uirtus
es quodam modo se habent. Sublata cōuenient nobis. Nam & ego interim fateor animū
animal esse. Postea uerius qd de ista re, sententia seram. Actiones eius animalia esse ne-
go. Alioquin & omnia uerba erunt animalia, & omnes uerbi. Nam si sermo prudens bo-
num est, bonū autem omne animal est. Sermo ergo animal est. Prudens uerius bonum
est, bonū autem omne animal est. Verus ergo animal est. Itaq; arma uirumq; cano animal
est, quod nō posunt rotundum dicere, cum sex pedes habeat. T extorū, inquis, totum
mehercule istud, quod cum maxime agitur, diffilio risu. Cum mihi propono sollicitum
animal esse, & barbarismū, & syllogismū, & aptans illis facies, tanq; pictor assigno. Hac
disputamus, & tractis supercilij fronte rugolo. Non possunt hoc loco dicere illud Celia-
num, O tristes in expectas, ridicula sunt. Quin itaq; potius aliqd utile nobis, ac salutare tra-
stamus, & quarimus quomodo ad uirtutes uenire possumus, qua nos ad illas uia addu-
cat. Doce me non an fortitudo animal sit, sed nullum animal felix esse sine fortitudine, nā
si contra fortitudo cōualuit, & omnis casus anteq; exciperet meditādo prædominat. Quid
est fortitudo? Munitum humana imbecillitatē inexpugnabile. Quod qui circūdedit
sibi, securis in hac uita obſidione perdurat. V titur enim luis uiribus, suis telis. Hoc loco
tibi Possidonij nostri sententia referre uolo. Nō est quod unq; fortuna armis putet esse
te tutum. Tuis pugna contra ipsam fortunā, non armat itaq; contra hostes, instruti con-
tra ipsam inermes sunt. Alexander quidem Perfas, & Hyrcanos, & Indos, & quicq; gē-
tium usq; in oceanum extendit oriens uastabat, fugabat. Sed ipse modo occiso amico,
modo amissio facebit in tenebris, alias scelus, alias desyderium suū mōrēns, uictor tot re-
gum atq; populorum ira, tristitiaq; succubuit. Id enim egerat, ut omnia potius haberet
in potestate qd affectus. O qd magnis homines erroribus tenetur, quibus dominādi trās
maria cupiunt permittere: felici simosq; se iudicant, si multas pro militie prouincias obti-
nent, & nouas ueteribus adiungūt, ignari quod sit illud ingens, parumq; regnū. Impera-
re sibi, maximū imperiū est. Doceat me qd sacra res sit iustitia, alienum bonū spectans, nā
hil ex se petens, nisi uuln suum. Nihil sit illi, cum ambitione, famaq; sibi placeat. Hac an-
te omnia libi quisq; persuadeat, Me iustus esse gratis oportet. Parum est adhuc illud, pi-
suadet sibi, me in hanc pulcherrimā uirtutem ulro etiam impendere iubētur. Tota co-
gitatio priuatis cōmōdū, qd longissime auerla sit. Non est quod species, quod sit iusta rei
premium, maius iniusto est. Illud adhuc tibi affige, quod paulo ante dicebam, nihil ad
rem pertinet, qd multi aquitatem tuam nouerint. Qui uirtutem suam publicari uult, nō uirtu-
tū laborat, sed gloria. Non uis esse iustus sine gloria. At mehercules sape iustus esse de-
bebis cum infamia. Et tunc si sapis, mala opinio bene parta delectet. Vale.

* Forte par/
uumq; *

EPISTOLA. CXIII. De multiplici uarietate uitiosæ orationis. Et pro qualitate animi
dicentes eius informantur oratio. Vbi cōtra luxuriā succincte declinat.

Q uare quibdam temporibus prouenerit corrupti generis oratio, queris, &
quomodo in quædam uita inclinatio ingeniorum facta sit, ut aliquando infla-
ta explicatio uigeret, aliquando infracta, & in morem cantici ducta? Quare
alias sen-

alias sensus audaces, & fidem egressi placuerint, alias abrupta sententia, & suspiciose,
in quibus plus intelligendum est, qd audiēdūt. Quare aliqua acta fuerit, quæ translatio
nis iure uteretur inuercende? Hoc quod audire uulglo soles, quod apud Græcos in pro-
uerbiū esset. Talis hominibus fuit oratio, qualis uita. Quemadmodum autem unius-
cuiuscq; actio docenti similis est, si genus dicendi aliquando mutat publicos mores. Sic
disciplina ciuitatis laborauit, & se in delitias dedit. Argumētū est luxuria publice, ora-
tionis laicitia, si modo non in uno, aut in altero fuit, si approbata est & recepta. Non po-
test alius esse ingenio, altus animo color. Si illi sanus est, si compositus, grauis, tēperans,
ingenium quoq; siccum, ac sobrium est. Ilo uitato, hoc quoq; afflatur. Non uides si ani-
mus elanguet, trahi membra, & pigrē moueri pedes? si ille effeminatest, in ipso incer-
tu apparere molliciam, si ille acer est & uelox, & concitari gradum. Si furit, aut quod fu-
rori simile est rascitur, turbatum esse corporis motum, nec iri, sed ferri. Quanto hoc ma-
gis accidere ingenio putas, quod totum animo permixtum est? Ab illo fingitur, illi pa-
ret, inde legem petit. Quomodo Meccenas uixerit notius est, qd ut narrari tunc debeat.
Quomodo ambulauerit, qd delicatus fuerit, qd cupiter uideri, qd uita sua latere noluerit.
Quid ergo? Non oratio eius æque soluta est, qd ipse discinctus? Non tam insignita illius
uerba sit, qd culetus, qd comitatus, qd domus, qd uxor. Magni ingenij uir fuerat, si illud egis-
set uia rectiore, si non uitalet intelligi, si non etiam in oratione disflueret. Videbis itaq;
eloquentiam ebr̄i homini in uoluntate, & errantem, & licentiam plenam. Meccenas in cul-
tu suo. Quid turpum amne, sylusq; ripa comantibus. Vide ut alueum lyntribus aret, uer-
sop uado remittat hortos. Quid si qd foemina cirro crispata, & labris columbat. Incipitq;
sufpirans, ut ceruice lassa sanuant, ne mori tyranni, irremediabilis factio rimantur, epu-
lis, flagranci tentant domos, & sape mortem exigunt. Genium festo uix suo teltem, te-
nuifue care filia & crepacem molem. Focum mater aut uxor inuestiunt. Nō statim hæc
cum legeris hoc tibi occurret, hunc esse qui solutis tunicis in urbe semper incelerit. Nā
etiam cum abentis partibus Caesaris fungeretur, signum a discincto petebatur. Nū esse
qui tribunali in rostris, in omni publico cōcū sic apparuerit, ut pallio uelaretur caput, ex-
clusis utrīq; auribus, nō aliter qd in + numero diuitiae fugitiū solent. Hunc esse, cui tunc
maxime ciuitibus bellis strepitibus & sollicita urbe & armata. Comitatus hic fuerit in
publico. Spadones duo, magis+ duo tum uiri qd ipse. Hæc esse, qui uxorē inde milies du-
xit, cum unam haberit. Hæc uerba tam improbe structa, tum tam negligenter abiecta,
tam contra consuetudinem omnī polita, ostendunt mores quoq; non minus nouos &
prauos & singulares fuisse. Maxima laus illi tributum māsuetudinē, pepercit gladio, san-
guine abstinuit, nec ulla alia re, quid posset, qd licetia ostendit. Hanc ipsam laudem suam
corrupit, illis orationis portetūtissimæ delitijs. Apparet enim mollem fuisse non mitē.
Hæc ista ambages compositionis hæc uerba transfert, hæc sensus mihi magni quidem
saep, fed eneruati dum exuent, cuius manifestum facient, motum illi felicitate nimia ca-
pit, quod uitium hominis est, interdū temporis solet. Vbi luxuriam late felicitas fudit,
luxus primum corporum esse, diligentior incepit. Deinde suppellestili laboratur, deini
de in ipsas domos impenditur cura, ut in laxitatem ruris excurrant, ut parietes aduectis
trans maria marmoribus fulgeant, ut tecta uariantur auro, ut lacunaribus paumētorum
respondeant, deinde ad cenas lauitia transfert, & illis cōmēdatio ex nouitate, &
solitū ordinis cōmutatione captatur, ut ea quā cluderet solent, cōena prima ponantur, ut
qua aduentientibus dabantur, exētibus dentur. Cum assueuit animus fastidire, qua ex
more sunt, & illi & pro sordidis solita sunt, & iam in oratione quod nouum est querit, &
modo antiqua uerba, atq; exoleta reuocat, & profert, modo singit, & ignota deflecit,
modo id quod nuper increbit, pro cultu habetur. Audax translatio, ac frequens. Sunt
qui sensus præcident, & hoc gratiam sperent, si sententia pependerit, & audienti suspitionem
sui fecerit. Sunt qui illo detineant, & porrigan. Sunt qui non usq; ad uitium acce-
dant. Necesse est enim hoc facere, aliquid grande tentant, sed qui ipsum uitium amet.
Itaq; ubiq; uideris orationem corruptam placere, ibi mores quoq; a recto deficiisse,
non erit dubium. Quomodo conuiuitorum luxuria, quomodo uestimentū, ægræ ciuitatis
indicia sunt, si orationis licentia (si modo frequens est) ostendit animos quoq; a quibus

Altiferox

Altifago/
nag.

Alt mimo
t inde

G 3 uerba

uerba exēunt procidisse. Mirari quidem non debes, corrupta excipi, non tantum a coro na fōrdidōre, sed ab hac turbā quoq; cultōre. Tōgis enim inter se iſī, nō iudicijſ distat: Hoc magis mirari potes, quod non tantum uitiofa, fed & uitia laudētur. Nam illud semper factū est. Nullum sine uenīa placuit ingenium. Da mihi quemcunq; uis magni no minis uitum, dicam quid illi aetas sua ignouerit, quid in illo scīes dissimulauerit. Multos enim dabo, quibus uitia no nocuerint, quosdam, quibus profuerint. Dabo, inquam, maxi ma fama, & inter miranda propositos, quos siquies corrigit, delet. Sic enim uitia uitribus immixta sunt, ut illas secum tractura sint. Ad h̄c nūc, quod oratio certam regulam non habet. Consuetudo illam ciuitatis, qua nūc in eodē diu stetit, uerat. Multi ex alie no faculo petunt uerba. Duodecim tabulas loquuntur. Gracchus illis & Crassus & Cūrīo nimis recentes sunt. Ad Appium & usq; ad Coruncanū redeunt, quidā cōtra, dum ni hil nīl tritūm & uistatum uolunt, in sordes incident. Vt rīcū dierū generē corruptum est, tam mehercules, q̄ nollent splendidis uti, ac sonātibus, ac poeticis, necessaria atq; in usu posita uitare, tam hunc dīcam peccare, q̄ illum. Alter se iusto plus colit, alter se iusto plus negligit, ille & crura, hic nec alas quidem uellit. Ad cōpositionē trāseamus, quot genera tibi dabo in hac, quibus peccetur. Quidam p̄frahātām & alperam probant, dis turbant de industria, siquid placidius effluxit, nolunt sine uirile frumentū, uirile putant & fortem, que auren in aequalitate percūiat. Quorundam non est compositio, modulatio est, adeo plaudit. Quid de illa loquar, in qua uerba differuntur? & diu exspectata uix ad clausulas redduntur? Quia illa in exitu lenta, qualis Ciceronē est deuexa, & molliter definens, nec aliter q̄ solet, ad morem suum pedemq; respondens. Nō tantum in genere sententiarū uitum est, si aut pusilla sunt, & pueriles, aut improbae, & plus ausa, q̄ pudore saluo licet, si floridæ sunt, & nimis dulces, si in uanum exēunt, & sine affectu, nihil amplius q̄ sonant. Hac uitia unius aliquid inducit, sub quo tunc eloquentia est. Ceteri imitantur, & alter alteri, tradunt. Sic Salustiō uigente amputata sententia, & uerba ante expectatū cadentia, & obfūra breuitas fuere pro cultu. Aruntius uir rara fru galitatis, q̄ historias bellī punici scripsit, fuit Salustianus, & in illud genus nitēs. Est apud Salustium, exercitū argento fecit, id est, pecūnia parauit. Hoc Aruntius amare coepit. Posuit illud omnibus paginis. Dicit quodam loco, fugam nostris facere. Alio loco Hie ro rex Syracusanorum, bellum fecit. Et alio loco, quā audita Panormitanos debere Romanis fecere. Gustum tibi dare uolui. Totus his contextur liber. Quā apud Salustium rara fuerunt, apud hunc crebra sunt, & pene continua, nec sine causa, ille enim in hac incidebat, at ille illa quarebat. Vides aut̄ quid sequatur, ubi alīcui uitii pro exemplo est: dixit Salustius aquis hyematis, Aruntius in primo libro bellī punici ait, Repente hyemauit tempestas. Et alio loco, cum dicere uellet frigidum annum fuisse, ait, Totus hyemauit annum. Et alio loco, Inde sexaginta onerarias leues prater militem, & necessarios nautarum hyemantes Aquilo misit. Non desinit omnibus locis, hoc uerbum infūlare. Quodam loco Salustius dicit, Inter arma ciuilia, equi boni famas petit. Aruntius non te pererat, quominus primo statim libro ponereret, ingentes esse famas de Regulo. Hac ergo & huiusmodi uitia, quā alīcui imprestit̄ imitatio, non sunt indicia luxuria, nec animi corrupti. Propriā enim esse debent, & ex ipso nata, ex quibus tu existimes alīcuius affectus. Iracundi hominis, iracunda oratio est. Cōmoti nitīs incitata, delicati tenera & flūxa. Quod uides istos sequi, qui aut uellunt barbā, aut interuellunt, qui labra pressū tot dent & abradunt, seruata & submissa cetera parte, qui lacernas coloris improbi sumunt, qui perlucientem togam. Qui nolunt facere quicquam, quod hominū oculis transilire liceat. Irritant illos, & in se aduentunt. Volunt uel reprehēndi, dum conspici. Talis est oratio Meccenatis omniumq; aliorum, qui non casu errant, sed scientes, uolētesq;. Hoc a magno animi malo oritur. Quomodo in uino non ante lingua titubat, q̄ mens cessit oneri, & indinata uel proda est. Ita ista oratio, quid aliud q̄ sebrietas? Nulli molesta est, nisi ani mus labatur. Ideo ille curetur, ab illo sensus, ab illo uerba exēfit, ab illo nobis est habitus, uultus, incessus. Illo sano ac ualēte, oratio quoq; robusta, fortis, uirilis est. Si ille procubuit, & cetera sequuntur ruinam. Rege incolumi, mens omnibus una est, amissio rupere fidem. Rex nōst̄ est animus, Hoc incolumi, cetera manent in officio, parent, obtemperant. Cū

rant. Cum ille paulūt uacillauit, simul dubitant. Cum uero cessit uoluptati, artes quoq; eius, actusq; marcent, & omnis ex languido fluxoq; conatus est. Quoniam hac similitūdine uis sum, perseverabo. Anūs nōst̄ modo rex est, modo tyrranus. Rex, cum ho nestā intuetur, salutem sibi commissi corporis curat, & nihil imperat turpe, nihil sordidum. Vbi uero impotens, cupidus, delictarius est, transit in nōmē detestabili ac dirūm, & fit tyrranus. Tunc illum excipiunt affectus impotentes, instantq; qui initio quidē gaudent, ut solet populus largitione nocitura frustra plenus, & que non potest haurire, contrectat. Cum uero magis ac magis uires morbus exedit, & in medullas neruosc̄ descedere delitiae, conspectum eorum, quibus se nūmia audirent in utilē reddidit, Iesus prorsus uoluptatibus habet spectaculum, alienarum subministrator libidinum, testisq; quarū sibi uuln̄ ingerendo abstulit. Nam nec illi tam gratum est abundare iucundis, q̄ acerbū quod non omnē illum apparatus per gulam uentreū transmittit. Non cū omni ex oleorum, foeminarumq; turba conuolutatur. Meretq; quod magna pars sua felicitatis exclusa, corporis angustijs cessat. Nunquid enim mihi Lucili hīc furor est, quod nemo nostrum strum mortale se cogitat? quod nemo imbecillum in illo? quod nemo nostrum unum esse se cogitat? Aspice culinā nostras, & conuerlantes inter tot ignes coquos nostros. Vnum uideri putas uentreū, cui tanto tumultu comparatur cibūs? Aspice ueterariā nostrā, & plena multorum saclorū uindemij horrea. Vnum putas uideri uentreū, cui tot confulum, regionumq; uina cluduntur? Aspice quot locis uertatur terra, quot milia colonorum arent, fodiat. Vnum putas uideri uentreū, cui & Sicilia, & in Africa seruitur. Sanierimus, & modica cōcupiscentia, si unusquisq; se numeret, metiatur simul corpus. Sciatq; nec multum capere, nec diu posse. Nihil tam aque tibi profuerit ad temperātiām omnī rerum, q̄ frequens cogitatione breuis aui, & huius incerti. Quicquid facies, respice ad mortem. Vale.

Liber uicesimi epistolārum finis.

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM EPISTOLARVM LIBER VICESIMVS PRIMVS.

EPISTOLA. CXV. Quod sapientem non decet orationis
sollicita concinnitas. De pulchritudine animi,
Et q̄ omniū hic non solida, sed bracte,
ata & ficta felicitas est.

NIMIS anxium esse te circa uerba & compositionem mihi Lucili nolo. Habeo maiora quā cures, q̄ quā scribas. Quare quid scribas. Non quemad modum & hoc ipsum, non ut scribas, sed ut sentias, ut illa quā senferis, magis applices tibi, & ueluti signes. Cū iuscungū orationem uideris sollicitam & politam, scito animum quoq; non minus esse pulsillis occupatum. Magis ille, remissi loquitur, & securius. Quæcungū dicit, plus habent fiducia, q̄ curae. Nostri complures iuuenes, barba & coma nitidos, de capilla tortos, nihil ab ilis speraueris forte, nihil solidum. Oratio cultus animi est, si circumfusa est, & fucata, & manufacta, ostendit illum quoq; non esse sincerum, & habere aliquid fracti. Non est ornamenti virile concinnitas. Si nobis animū boni uiri licet inspicere. O q̄ pulchram faciem, q̄ sanctam, q̄ ex magnifice placidoq; fulgentem, uideremus. Hinc iustitia, illinc fortitudine, hinc temperantia, prudentiaq; lucentibus. Præter has frugalitas, & continentia, & tolerantia, & libertas, comitafq;. Et quis credat in hominē rarum humanitatis bonum, splendoremq; illi suum affunderent. Tunc prouidentia, cum elegantia, & ex iſīs magnanimitas eminentissima. Quantum dij boni decoris illi, quantum ponderis, gravitatisq; adderent, quanta eset cum gratia autoritas? Nemo illum amabilem, qui nō illum uenerabilem diceret. Si quis uiderit hanc faciem altiore fulgentioremq;, q̄ certis inter humana consuevit. Nonne uelut numinis occulus obstupefactus refusat? Et ut fas sit uidisse, tacitus preceatur. Tamen euocante ipsum uultus benignitate productus, adoret ac supplicet, & diu contemplatus multum extantem, superq; menfuram solitoꝝ inter-

Affuentia/
ria, Fortal/
sis uitaria.

*

G 4 nos aspici

nos aspici, elatam oculis, mite quiddam, sed nihilominus uitudo igne flagrantibus. Tūc demum illam Vergiliū nostrū uocem uerens atq; attonitus emittat. O q̄ te memorē uitugo. Namq; haud tibi uultus mortalīs, nec uox hominē sonat. Sis felix nostrū, leues quae cunctū laborem. Aderit, leuabitq; si colere eam uoluerimus. Colitur autem non tau-
rōrum optimis corporibus contrucidatis, nec auro argentoq; suspensi, nec in thesauro. Si pe-
pe infusa, sed pia & recta uoluntate. Nemo non, inquam, amore eius arderet, si nobis il-
lam uide retingeret. Nunc enim multa obſigillant, & aciem noſtrā, aut ſplendore nī
mio repercutiunt, aut obſcure retinet. Sed quemadmodum uifus oculorum quibusdam
medicantis acui foler & repugnari. Sic & nos, si aciem animi liberare impeditis
uoluerimus, poterimus perficere uitrum, etiam obrutam corpore, etiā paupertate ope-
rata, & humilitate, & infamia obiacētibus. Cernemus, inquam, pulchritudinem illam,
q̄uis sordido obiectam, Rursus aequē maliciam & erumosū animi ueternum perſpicie-
mus, q̄uis multis circa diuitiarum radiantium ſplendor impedit, & intuentem, hinc ho-
norū, illīc magnarum potestatum falſa lux uerberet. Tūc intelligere nobis licebit, q̄
contempnenda miremur, ſimilimi pueris, quibus omne ludicrum in prelio eſt. Parenti-
bus quippe, nec minus fratribus preferunt paruo are empta monilia. Quid ergo inter
nos & illos interest, ut Aristoteles ait, nīq; nos circa tabulas & ſtuas inſanimus, chari-
us inempti, illos reperti in littore calculi leues, & aliqd habentes uarietatis delectat. Nos
ingentium maculae columnarii ſive ex Aegyptiā arenis, ſive ex Africa ſolitudinibus ad-
uecta, porticum aliquem uel capucum pœnūtationem ferunt. Miramur parietes te-
nuim marmore inductos, cum ſciamus quale fit, quod abſconditur, oculis noſtris imponi-
mus. Et cum auro tecta perfundimus, quid aliud q̄ mendacio gaudemus? Scimus enim
ſub illo auro foeda ligna latitare. Nec tantum parietibus, aut lacunarib; ornamētū te-
nue pratenditur. Omnim; iſtorum quos incedere altos uides, bracteata felicitas eſt. In-
ſpice, & ſcieſ ſuſta tenui membrana dignitatem, quantum malū faceat. Hac ipſa res tot
magistratus, tot iudices detinet, qua magistratus, & iudices facit. Pecunia ex quo in ho-
nore eſce coepit, uerus rerum honor cedidit. Mercatoresq; & uenales inuicem facti que-
rimus, non quale ſit quid, ſed quanti. Ad mercedem p̄iū ſumus, ad misericordiam īpiū.
Et honeſta q̄diu ſpes ineſt, ſequimur, in contrarium tranſituri, ſi plus ſcelerata promitte-
rent. Admirationem nobis parentes aurū argentiq; fecerunt, & teneris infusa cupiditas,
altius ſedit, creuitq; nobifcum. Deinde totus populus in alia diſcoris, in hoc cōuenit, hoc
uſpiciunt, hoc ſuis optant, hoc Dijs uelut rerum humanarum, maxime cum grati uide-
ri uolunt, conſeruat. Deniq; eo mores redacti ſunt, ut paupertas maledicto probrocq; ſit,
contempta diuitibus, inuifa pauperibus. Accedunt deinde carmina poetarum, qua affe-
ctibus noſtris facem ſubdant, quibus diuitia uelut unicū uita decus, ornamētū ſuſt lau-
danſ. Nihil illi melius nec dare uideat Dijs immortales poſſe, nec habere. Regia ſolis erat
ſublimibus alta columnis, Clara miſate auro. Eiusdem curru aſpice. Aureus axis erat, te-
mo aureus, aurea ſumina, Curuatura rota, radiorum argenteus ordo. Deniq; quod opti-
mum uideri uolunt, ſaculum aureum appellant, nec apud Grammaticos defunt, qui lu-
cro innoſcentiam, ſalute opinionem bonam mutant. Sine me uocari pellitum ut di-
ues uocer, An diues, an bonus nemo, Omnes quārum, non quare, & unde, quid ha-
beas tantum rogan. Vbiq; tantū quifq; quantum habuit, ſuit. Quid habere nobis tur-
peſit, queris? Nihil aut diues opto uideare, aut pauper mori. Bene moritur, quifq; mori-
tur, dum lucrum facit. Pecunia ingens generis humani bonum. Cui non uoluptas ma-
tris, aut blanda potest parere prolis. Non facer meritū parens tam dulce ſiquid ue-
nerit in uultu miſat. Merito illa mores coelitum, atq; hominū mouet. Cum hi no-
uiflumi uerſi in Tragoedia Euripiðis pronunciati eſſent, totus populus ad eſcien-
dum, & actorem, & Carmen conſurexit uno impetu, donec Euripiðes in medium
ipſe proſuſit petens, ut ſpectarent, uiderentq; quem admirator aurū exitum faceret. Da-
bat in illa fabula pœnas Bellophontes, quas in ſua quifq; dat. Nulla em auaritia ſine pœ-
na eſt, q̄uis ſatis ſit ipſa pœnarum. O quantum lachrymarū, o quantum labore ſe exigit. Quā
misera defuderat, q̄ misera partis eſt. Ad hīce quotidianas ſollicitudines, qua pro mo-
do habendi quemq; diſtriciant. Maiore tormento pecunia poſſidetur, q̄ queritur.
Quātum

Senarij

Alt Belle/
rophontes.

Quantum dānnis ingemiscunt, qua & magna incedunt, & maiora uidentur. Deniq; ut
nihil illis fortuna detrahat, quicquid nō acquiritur, dānnum eſt. At felicem illum homi-
nes & diuitem uocant, & conſequi optat, quantū ille poſſidet. Fatoſor. Quid ergo? Tu illos
eſte conditioni petitor exiſtimas, q̄ qui habet & miſeriam & inuidiam. Utinam ho-
nores petuti cum ambitioſis, Utinam qui diuitiis optaturi eſſent, cū diuitibus delibe-
rarent, & ſummi adepti dignitatis ſtatut, poſteſto uota mutaſent. Cū interim illi no-
ta ſuſcipiunt, cum priora dānnauerint. Nemo enim eft cui felicitas ſua, etiā ſi curſu ue-
nit, ſatis faciat. Quæruntur & de consiliis & de processibus ſuis, maluntq; ſemper quae re
liquerunt. Itaq; hoc tibi philoſophia praefabit, quo equidem nihil maius exiſtim. Nun
q̄ te poenitebit uī. Ad hanc tam ſolidam felicitatem, quā tempeſta nullā conuictat, non
perducent te apte uerba contexta, & oratio fluens leniter. Eant ut uolēt, dum animo cō-
poſitio ſua conſtet, dum ſit magnus, & opinionum ſuarum ſe curus, & ob ipſa qua alij
diſplicent, ſibi placens, qui poſteſt ſuum uita aſtimet, & tantum ſcire ſe iudicet, quan-
tum non cupit, quantum non timet. Vale.

EPIſTOLA. CXVI. Potius eſſe nullos q̄ modicos habere
affectus, contra peripateticos diſputat.

Vtrum ſatius ſit modicos habere affectus, an nullos, ſaþe quaſitum eſt. Noſtri
illos expellunt, Peripatetici temperant. Ego nō video quo ſalubris eſt, aut uti-
lis poſit illa mediocritas morbi. Noli timere, nihil eorum qua tibi non uis ne-
garī eripio, facilem me, indulgentemq; præbeo rebus, ad quas tendis, & quas
aut uita neceſſarias, aut utiles, aut iucundas putes. Detrahā uitium. Nam cum tibi cu-
pere interdixero, uelle permittam, ut eadem illa intrepida facias, ut certiore consilio, ut
uoluptates illas magis ſentias. Quid nī? Ad te magis peruenientia ſunt, ſi illis imperabis,
q̄ ſi ſervies. Sed naturale eſt, inquis, ut deſyderio amici torqueat datus lachrymis tam iu-
ſte cadentibus, naturale eſt opinionibus hominū tangi, & aduersis contriſtari. Quare
non permittas mihi hunc tam honeſtum male opinionis metum? Nullum enim uitium
ſine patrocinio. Nulli non uitium eſt uerecundum & exorabile, ſed ob hoc latius fundi-
tur. Non obſtebis ut deſinas, ſi incipere permiſeris. Imbecillisq; primo omnis affectus.
Deinde ipſe ſe concitat, & uires dum procedit parat, excludit facilius, q̄ expellit.
Quis negat omnes affectus a quodam quāſi naturali fluere principio? Curam nobis no-
ſtri natura mandauit. Sed huic ubi niūm inſiduleris, uitium eſt. Voluptatem natura ne-
ceſſarijs rebus admifcurit, ut non illam peteremus, ſed ut ea fine quibus non poſſimus ui-
uere, gratiora nobis illius faceret acceſſio. Si ſuo ueniat iure, luxuria eſt. Ergo intrabitus
reſiſtamus, quia facilius (ut dixi) non recipiuntur, q̄ exēunt. Aliquetenus, inquis, dolore,
aliquetenus timere permette, ſed aliquatenus longe producit, nec ubi uis, accipit finē.
Sapienti non ſollicite cuſtodiſe ſe turum eſt, & lachrymas ſuas & uoluptates ubi uolēt,
ſiſtet. Nobis quia non eſt regredī facile, optimum eſt omnino non progredi. Eleganter
mihi uideatur Panetius reſpondiſſe aduleſcentulo cuidam querēti. An laſies amaturus
eſſet. De ſapiente, inquit, uidebimus, mihi & tibi, qui adhuc a ſapiente loqe abſumus, nō
eſt cōmittendum ut incidamus in rem cōmotam, impotentem, alteri emancipatam, ui-
lem ſibi. Siue enim nos reſpecti, humanitate eius irriterat, ſiuſe contempsit, ſuperbia ac-
cendimur. Aeq; facilis erroris, q̄ difficultas noſet. Facilitate capimur, cum diſcultate
certamus. Itaq; conſcijs nobis imbecillitatis noſtra quiescamus. Nec uino inſirmum ani-
mum cōmittamus, nec forma, nec adulatio, nec ullis rebus blonde trahentibus. Quod
Panetius de amore querenti respondit, hoc ego de omnibus dico. Quātum poſſimus
nos a lubroco recedamus. In ſicco quoq; parum fortiter ſtamus. Occures hoc loco mihi
illa publica contra Stoicos uoce, Niſis magna pmiſtit, niſis dura pracipit. Noſ ho-
muntiones ſumus, omnia nobis negare non poſſimus. Dolebimus, ſed parum. Concu-
piscimus tēperare. Iraſcemur, ſed placabimus. Scis quare non poſſimus iſta? Quia noſ
poſſe non credimus. Immo mehercules, aliud eſt in re uitia noſtra, quia amamus, defendi-
dimus, & malum excuſe illa, q̄ excutere. Sat̄ natura homi dedit roboris, ſi illo ual-
amur, ſi uires noſtras colligamus, ac totas pro nobis, certe non contra nos concitemus.
Nolle in cauſa eſt, non poſſe prætenditur. Vale.

EPISTOLA. CXVII. Argumentaſ contra professores ſuos ſapere bonū eſſe. Deinde
huius diſputatiōis velut pœnitens docet instrumēta uirtutum non talia argumen ta tra-
ctaſtā.

Mvtum mihi tibi⁹ negoc⁹ cōcinnabis, & dū nescis, in magnā me litem ac moi⁹
lestiam impinges, qui mihi tales quaſtūnūculas ponis, in qbus ego nec disſen-
tire a nostris falua gratia, nec cōlentire falua cōſcientia poſsum. Quaris, an ue-
rum sit, quod Stoic⁹ placet, Sapientiā bonum eſe, sapere bonū non eſe. Pri-
mū exponam, quid Stoic⁹ uideat. Deinde tunc dicere ſententiā audebo. Placet nostris,
quod bonū eſe, eſſe corpus, quia quod bonū eſt, facit. Quicqđ facit, corpus eſt, quod bo-
nū eſt, prodeſt, faciat aut̄ aliquid oportet, ut prolif, ſi facit, corpus eſt. Sapientiā bonū eſe
dicunt. Sequitur, ut neceſſe ſit illam corporale quoqđ dicere. At ſapere non putant eiſu-
dem cōditiōni eſe. Incorporale eſt & accidenſ aliter. i. sapientia, itaq; nec facit quicqđ,
nec prodeſt. Quid ergo, inquiunt, cum dicimus bonū ſapere, dicimus referētes ad id, ex
quo pendet, i. ad ipsam sapientiā. Aduersus hos quid ab alijs respōdeat, audianteqđ ego
incipio fecedere, & in aliam partē cōſidere. Iſto modo, inquiunt, nec beatē uiuere bonū
eſt. Velint nolint, respondendū eſt beatam uitam bonū eſe, & beatē uiuere bonū nō
eſe. Etiam nunc quoqđ nostris illud oponit. Vultis ſapere? Ergo expēdita res eſt ſa-
pere, ſi expēdita res eſt, bona eſt. Coguntur noſtri uerba torqueare, & unam syllabā ex-
petendo interponere, quā ſermo noſter inſeri non ſinit. Ego illa ſi pateris, adiungā. Expe-
tendū eſt, inquit, quod bonū eſt, expetibile quod nobis cotingit. Cū bonū ſecuti ſumus,
non petī tanqđ bonū, ſed petito bono accedit. Ego non idem ſentio, & noſtrō ſuſidio in
hoc deſcendere, quia iam primo uinculo tenentur, & mutare illis formulā nō licet. Mu-
lum dare ſolemne praſumptioni omnī hominū. Apud nos ueritatis argumentum eſt,
aliquid omnibus uideri, tanqđ deos eſe. Inter alia haec colligamus, qđ omib⁹ de dijs op-
niō inſita eſt. Nec uilla gens uſq; eſt adeo extra leges, moresq; proiecta, ut nō aliquos de
os credat. Cum de animarū aternitate dixerimus, non leue momētū apud nos habet
ſensus hominū, aut timentium infernos, aut colementium. Vt orac publica persuadere. Ne-
minem inuenies, qui non putet & sapientiam bonum, & ſapere. Non faciām quod uicti
ſolent, ut prouocent ad populum. Noſtri incipiamus armis cōſtigere. Quid accidit ali-
cui, utrum extra di cui accidit eſt, an in eo cui accidit? Si in eo eſt cui accidit, tam corpus
eſt, qđ illi cui accidit. Nihil illi accidere ſine tactu potest. Quid agit corpus eſt. Si extra
eſt, poſtqđ accelerat recessit. Quid recessit, motum habet, quod motum habet, corpus eſt.
Speres me dicturum, non eſe aliud curſum, aliud currere, nec aliud calorē, aliud ca-
lere, nec aliud lucem, nec aliud lucere. Concedo iſta alia eſſe, ſed non ſortis alterius. Si ua-
litudo in differens eſt, bene ualere in differens eſt. Si forma in differens eſt, & formosum
eſe in differens eſt. Si iuſtitia bonum eſt, & iuſtum eſe bonum eſt. Si turpitudo malum
eſt, & turpem eſſe malū eſt. Tam mehercules qđ ſi lippitudo malum eſt, & lippire malū
eſt. Hoc ſciás, neutrū eſſe ſine altero potest. Quid ſapiat, ſapiens eſt, Quid ſapiens eſt,
ſapiat. Adeo non potest dubitari, an quale iſtu lit, tale hoc lit, ut quibuldam utriq; unum
uideatur atqđ idem. Sed illud libenter queſierim. Cum omnia aut bona ſint, aut mala, aut
indifferens eſt, ſapere in quo numero ſit. Bonum negant eſe, malum utriq; non eſt, ſequi-
tur medium ſit. Id autem medium atqđ in differens uocamus, quod tam malo contingere
qđ bono potest, tanqđ pecunia, forma, nobilitas. Ergo hoc ut ſapiat, contingere niſi bono
non potest, ergo in differens non eſt. Atqui ne malum quidem eſt, quod contingere ma-
lo non potest, ergo bonum eſt. Quid niſi bonus non habet, bonum eſt, ſapere nō niſi bo-
nus habet, ergo bonum eſt. Accidenſ eſt, inquit, sapientia. Hoc ergo quo uocas ſapere
utrum facit sapientiam, an patitur, ſiue facit illud, ſiue patitur, utroq; modo corpus eſt, ſi
corpus eſt, bonum eſt. Vnum enim deereat illi, quominus bonum eſſet, quod incorpo-
re erat. Peripateticis placet, nihil intereffe inter ſapientiam & ſapere, cum in utrilibet eo
rum & alterum ſit. Nunquid enim quenquam exiſtīmas ſapere, niſi quia ſapientiam ha-
bet? Nungqđ quēqđ ſapiat, nō putas habere ſapientiam? Dialectici veteres iſta diſtin-
giunt, ab illis diſiuiſ ſuſq; ad Stoicos uenit. Qualis ſit haec, dicam. Aliud eſt ager, ali-
ud eſt agrum habere. Quid nō? Cum habere agrum ad habentem, non ad agrum perti-
neat. Sic aliud eſt ſapientia, aliud ſapere. Puto concedas duo eſſe haec, id quod ha-
petur &

habetur, & eum qui habet. Habitu sapientia habet qui sapit. Sapientia est mēs perfecta, ut ad summū optimumq̄ perducta. Ars enim uita est. Sapere quid est? Non possum dicere mens perfecta, sed id quod contingit perfectam mentem habenti. Ita alterum est mens bona, alterum quasi habere mentem bonam. Sunt, inquit, natura corporum, tanq̄ hic homo est, hic equus, has deinde sequuntur motus animorum enunciatiū corporū. Hi habent propriū quiddam, & a corporibus seductum, tanq̄ video Catonem ambulantem, hoc sensus ostendit, animus credit. Corpus est quod video, cui & oculos & animū intendi. Dico deinde Cato ambulat, non corpus, inquit, est quod nunc loquor, sed enunciatiū quiddam de corpore, quod ali⁹ effutu vocant, ali⁹ enūciatum, ali⁹ dictū. Sic cum dicimus sapientiam, incorpore quiddam intelligimus. Cum dicimus sapit, de corpore loquimur. Plurimū autem interest, utrum illū dicas, an de illo. Putemus in praesentia ista duo esse, non enim quid mihi uideatur, prouincio. Quid prohibet, quo minus aliud quidem, sed nihilominus bonum. Dicebas paulo ante aliud esse agrum, aliud habere agrum. Quid nō in alia enim natura est qui habet, in alia quod habetur. Illa terra est, hic homo est. At in hoc de quo agitur eiusdem nature sunt utrāq; & qui habet sapientiā, & ipsa que habetur. Praterea illic aliud est quod habetur, aliud qui habet. Hic in eodem est, & quod habetur, & qui habet. Ager iure possidetur, sapientia natura, ille ab aliena, ri potest, & alteri tradi, haec non discedit a domino. Non est itaq; quod compares inter se dissimilia. Cooperā dicere, posse ista duo esse, & tamē utrāq; bona. Et sapientiā & sapientia habere duo esse, & utrāq; bonū esse cōcedis. Quomodo nihil obstat, quominus & sapientia bonum sit, & habens sapientiam, nihil obstat ergo quo minus & sapientia bonum sit, & habere sapientiam, idem lapere. Ego in hoc uolo lapiens esse, ut sapiam. Quid ergo? Non est id bonum, sine quo nec illud bonum est? Vos certe dicitis sapientiam si sine usu detur, accipiendo non esse. Quid est usus sapientia? Sapere, hoc est in illa preciosissimum, quo detracto, supereruca fit. Si tormenta mala sunt, torqueri malum est, adeo qđem ut illa non sint mala, si quod sequitur, detraxeris. Sapientia habitus perfecta metis est. Sapere usus perfecta mentis. Quomodo potest usus eius bonum non esse, quae sine usu bonum non est? Interrogo te, sapientia sit expetenda? Fateris. Interrogo, an usus sapientia sit expetendus? Fateris. Negas enim te illam recepturum, si uti ea prohibearis. Quod expetendum est, bonum est. Sapere sapientia usus est, quomodo eloquentia loqui, quomodo oculorum uidere. Ergo sapere sapientia usus est, Vt si autem sapientia expetendus est. Sapere ergo expetendum est. Si expetendum est, bonū est. Olím me ipsum damno, qui illos imitor dum accuso, & uerba aperta rei impēdo. Cui enim dubium potest esse, quin si aestus malum est, & astuare malum sit. Si algor malum est, malum sit algere. Si uita bonum est, & uiuere bonum est. Omnia sit circa sapientiam sunt, & in ipsa sapientia sunt. At nobis in ipsa cōmordandum est, etiam siquid euagari liber, amplos habet illa spaciofōs secessus. De deorum natura queramus, de fyderum elemētis, de his tam variis stellarum discursibus. An ad illarum motus nostra moueant corpora. An corporibus omnīū, animisq; illinc impetus ueniat? An & hacqua fortuita dicitur, certa lege cōstricta sunt, nihilq; in hoc mundo reprēmitum, aut expers ordinis uoluntate. Ista iam a formatione morum recesserunt, sed leuant animū, & ad ipsarum quas tractant rurū magnitudinem attollunt. Hac uero de quibus paulo ante dicebam, minuunt & deprimit, nec ut putas excūt, sed extenuant. Obsecro uos, cur tam necessariam curam maioribus melioribusq; debitem, in re nescio an falla, certe inutili terimus? Quid mihi profuturum est scire, an aliud sit sapientia, aliud sapere? Quid mihi profuturum est scire, aliud bonum esse, temere me geram, subito huius uotū aleam tibi sapientiam. Mihi sapere contingat, Pares erimus. Potius id age, ut mihi uiam mōstres, qua ad ista perueniam. Dic mihi qđ uitare debeam, quid appetere, quibus animū labentem studijs firmem, quemadmodum qua me ex transuero feriunt aguntq; procul a me repellam. Quomodo par esse tot malis possim, quomodo istas calamitates remoueam, quaē ad me irruperunt, quomodo illas ad quas ego irrupi. Doce, quomodo feram erumnam sine gemitu meo, felicitatem sine alieno, quomodo ultimum & necessarium uitā terminū non expectem, sed ipe mecum quo uisum erit, profugiam. Nihil mihi uidetur turpius, qđ optare mortem. Nam si uis uire, quid optas mori? siue non uis, quid deos rogas, quod tibi nascenti dederunt? Nam ut quan-

ut quandoq; moriaris, etiam inuito positum est, ut cum uoles, in tua manu est. Alterū tibi necesse est, alterū licet. Turpissimum his diebus principium diserti mehercules uiri legi. Itaq; inquit, q; p̄m̄ moriar. Homo demens optas rem tuam, itaq; q; p̄m̄ moriar. Fortasse inter has uoces senex factus es. Alioqui quid in mōra est? Nemo te tenet, euae de qua uisum est. Elige quamlibet rerum naturae partem, quam tibi præberi exitum iube as. Hac nempe sunt elementa, quibus hic mundus administratur. Aqua, terra, sp̄ritus, Omnia ista tam causa uiuendi sunt, q; uia mortis. Itaq; q; p̄m̄ moriar, q; p̄m̄ istud quid esse uis? quem illi diem ponis? Citius fieri q; optas potest. Imbecilla metis ista sunt uerba, & hac detestatione miseriam deprecantis. Non uult mori, qui optat. Deos uitam roga & salutē, si mori placuit. Hic mortis est fructus, optare desinere. Hac mi Lucili trāstremus, his formemus animū. Hac est sapientia. Hoc est sapere, non disputatiunculis in anibus subtletatem uanissimā agitare. Tot quæstiones tibi fortuna impoſuit, nondum illas soluſti. Iam cauillaris. Quā ſtultum est, cum ſignum pugnæ acceperis uentilare. Remoue iſta luxuriaz arma, decretor ijs opus est. Dic quā ratione nulla animū trifolia, nulla formido perturbet, hoc ſecretarum cupiditatum pondus effundam, qua ratione agatur aliquid. Sapientia bonum est, sapere non est bonum. Sic sit. Negemus sapere, ut hoc totū ſtudium derideat, tanq; operatum ſuperuacuis. Quid ſi ſcires etiam illud quari, ai bonum ſi sapientia? Quid enim dubium est oro te, an nec mellem futuram iam ſentiant horrea, nec futuram adulcentia pueritia uiribus, aut ullo robore intelligat. Aegro interī nihil uentura ſanitas prodeſt, non magis q; currentem lucentemq; post multos ſecuturum ſenſus oculum reficit. Quis necſit hoiſpo non eſſe bonum id quod futurū eſt, quā ſuturum eſt. Nam quod bonum eſt, utiq; prodeſt, niſi p̄ſentia prodeſſe non poſſunt. Si non prodeſt bonum, non utiq; ſi prodeſt, iam eſt. Futurus ſum sapiē, hoc bonū erit cum fuero, interī non eſt. Prius aliquid eſſe debet, deinde quale eſſe. Quomodo oro eſt quod adhuc nihil eſt, iam bonum eſt? Quomodo aut̄ tibi magis uis probari, non eſſe aliquid q; ſi dixeris, futurum eſt? Nōdum enim uenientia appetet, quod uenit. Ver ſecurum eſt. Scio nunc hyemem eſſe. Aeftas ſecutura eſt, ſcio aſtem non eſt. Maximū argumentum habeo nondum p̄ſentis, futurum ſapiam ſpero, ſed interī non ſapi. Si illud bonum haberem, iam hoc cararem malo. Futurum eſt, ut ſapiam, ex hoc liet nō dū me ſapere intelligas. Nō poſsum ſimil & illo bono, & in hoc malo eſt. Duo iſta non coeunt, ne caput ſe uendem lunt una bonum & malum. Transcurramus ſolertiſſimas nu gas & ad illa que nobis aliquam opem ſunt latura, properemus. Nemo qui obſteſſem parturienti filia ſollitus acceſſit, edictum & ludorum ordinem perlegit. Nemo qui ad incendium domus ſuā currit, tabulam laterunculariā perſpicit, ut ſciat quomodo alligatus exeat calculus. At mehercules omnia tibi undiq; nunciantur, & incendiū domus, & periculum liberorum, & obſidium patria, & bonorum direptio. Adiſe iſtis naufragiū, motuſq; terrarum, & quicquid aliud timeri potest. Inter iſta diſtrictus rebus nihil aliud q; animū oblectantibus uacas. Quid inter ſapientiam & ſapere interiſt inquiris? Nos doſis nectis ac ſoluſ, tanta mole impendente capitū tuo. Non tam benignū ac liberalē tēp; natura nobis dedit, ut aliquid ex illo uacet perdere, & unde q; multa etiam diligenteriſſimis pereat. Aliud ualitudo ſua cuiq; abſtulit, aliud ſuorum, aliud necessaria negocia, aliud publica occupauerunt. Vitam nobifcum diuidit ſomnus, & hoc tempore ſa angusto, & rapido, & nos auferente, quid iuuat maiorem partem mittere in uanum? Adiſe nunc, quod aſſueſtit animus delectare potius q; ſanare. Et philoſophiam oblectantū facere cum remedium fit. Inter ſapientiam & ſapere quid interiſt neſciā. Scio mea nō in tereffe, ſciā iſta, an neſciā. Dic mihi cum quid inter ſapientiam & ſapere interiſt diſi cero, cur potius inter uocabula me ſapientia detines, q; inter opera? Fac me forteſe, fac me ſecuriōre, fac fortunę parem, fac ſuperiōrem. Poſſum autem ſuperior eſſe, ſi dixero omne quod diſco. Vale.

EPISTOLA. CXVIII. Præmittens de mundanorum ſollicitudine, & ſapi tis ſecuritate. Et quid ſit bonum. Et quæ honesti & boni diſſerētia.

Exigis a me frequentiores epiftolas. Rationes coferamus, ſoluendo nō eris. Cō uenerat quidem, ut tua priora ellent, ut ſcriberes, ego reſcriberem. Sed non' ero diſſicilis, bene credi tibi ſcio, itaq; in antecellum dabo. Nec faciam quod Cicero uit dixerit

uir diſertissimus facere Atticum ſubet, ut etiam ſi rem nullam habebit, quod in bu can uenerit ſcribat. Nunq; poſte deſſe quod ſcribam. Ut omnia illa que Ciceronis im plent epiftolas tranſea. Quis cādidiſt laboret? Quis alienis, quis ſuis uitib; pugnet? Quis conſuleſ fiducia Caſaris? Quis Pompei? Quis apte petat, q; durus ſit fecenator Cecilius, a quo minoris centelimiſ propinquū nūm̄ moueri non poſſit? Sua ſatiſ eſt mala q; aliena traſfare, ſe excutere, & uidere, q; multarum rerum candidatus ſit, & non ſuffragari. Hoc eſt mi Lucilli egregium, hoc ſecurum ac liberum, nihil petere, & tota for tunæ comitia tranſire. Quam putas eſte ſucundum tribus uocatis, cum candidati in tē plis ſuis pendeant, & aliis nummos pronuncięt, aliis per ſequēſtre agat, aliis eorum manus oculis conterat, quibus designatus contingendam manum negaturus eſt, omnes Attoniti uocem p̄rāonis expectant, ſtare occiſum, & ſpectare illas nundinas nec ementem quicq;, nec uendentem. Quanto hic maiore gaudio fruitur, qui non p̄rāo ria, aut conſularia comitia ſecurus intuetur, ſed magna illa, in quibus alij honores anni uerſarios petunt, alij perpetuas potefates, alij bellorum euentus proþeros triumphos, q; alij diuitias, alij matrimonia ac liberos, alij ſalutem ſuā ſuorūq;. Quati animi res eſt, ſolum nihil petere, nulli ſupplicare, & dicere, nihil mihi tecum fortuna, non facio mei tibi copiam. Scio apud te Catones repellit. Vatinios fieri. Nihil rogo, hoc eſt priuatum face re fortunam. Liceat ergo hæc inuicem ſcribere, & hanc integrā ſemper egerer mate riā, circūpicientibus tot milia hominum inquieta, qui ut aliquid p̄ſteri ſe confequant, per mala iſtūtū in malum, petuq; mox fugienda, aut etiam fastidienda. Cui emi aſſe cuto ſatis fuit, quod optandi nūm̄ uidebatur? Non eſt, ut aſſim̄ homines, auida feſiſtas, ſed putifila. Itaq; nemini ſatiat. Tu iſta credit exelſa, quia longe ab illis iaceſ. Ei uero qui ad illa peruenit, humilia ſunt. Mentiſt niſi adhuc querit aſcendere. Iſtud quod tu ſumim̄ putas, gradus eſt. Omnes aut̄ male habet ignorantiā ueri, tanq; ad bona ferunt decepti rumoribus. Deinde mala eſt, aut inanita, aut minora, q; ſperauerint adepti ac multa paſſi uident, maiorq; pars miratur ex interuallo fallentia, & uulgo bona pro magis ſunt. Hoc ne nobis quoq; eveniat, queramus quid ſit bonum. Variā eius interpreta ſio fuit. Alius illud aliter exprefſit. Quidam ita finiuit: Bonum eſt, quod inuitat animos, quod ad ſe uocat. Huic ſtatiū opponiſit. Quid ſi inuitat quidē, ſed in perniſiem? Scis q; multa mala blanda ſint. Verum & uerisimile, inter ſe diſerunt, Itaq; quod bonum eſt, uero iungit, non eſt em bonum, niſi uerum eſt. Ad quod inuitat ad ſe, & allicere facit uerisimile eſt, ſurripit, ſollicitat, attrahit. Quidam ita finiuerit. Bonum eſt, quod ad peti tionem ſuī mouet, uel quod impetum animi tendentis ad ſe mouet. Et huic idem oppo nitur. Multa enī impetum animi mouet, quæ petantur p̄cētium malo. Melius eſt illi, qui ſic finiuerit. Bonum eſt quod impetum animi ſecundum naturam mouet, & ita de numerum petendum eſt, cum coepit eſe expetendum. Iam & honestum eſt, hoc enim perfe cte eſt petendum. Locus ipſe me admonet, ut quid interiſt, inter bonum honestūq; di cam. Aliquid inter ſe habet mixtum & inseparabile, nec poſte bonum eſſe, niſi cui aliquid honesti in eſt, & honestum utiq; bonum eſt. Quid ergo inter duo interiſt? Honestum eſt perfectum bonum, quo beata uita compleetur, cuius contactu talia quoq; bona ſunt. Quod dico tal eſt. Sunt quadam neq; bona, neq; mala, tanq; militia, legatio, iuriū diſtio. Hæc cum honeste ministrata ſunt, bona eſte incipunt, & ex dubio in bonum tranſeunt. Bonum ſocietate honesti fit, honestum per ſe bonum eſt. Bonū ex honesto fluit, honestum ex ſe eſt. Quod bonum eſt, malum eſſe potuit. Quod honestum eſt, niſi bo num eſſe non potuit. Hanc quidam ſinutionem reddiderunt. Bonum eſt quod ſecundā naturam eſt. Attende quid dicam, quod bonum eſt, & ſecundum naturam eſt, non protinus quod ſecundum naturam eſt, & bonum eſt. Multa quidem naturæ conſentunt, ſed tam puſilla ſunt, ut non conueniat illis boni nomen. Leua enim ſunt contemnēda. Nullum enim minimum contemnendum bonum. Nam qđiu exiguum eſt, bonum nō eſt. Cum bonum eſſe coepit, non exiguum eſt. Vnde aliquid cognoscitur bonum, ſi perfe cte ſecundum naturam eſt. Fateris, inquis, quod bonum eſt ſecundum naturā eſſe. Hæc eius proprietas. Fateris & alia ſecundā naturā quidē eſſe, ſed bona nō eſſe. Quomodo ergo illud bonum eſt, cum hæc non ſint. Quomodo ad illam proprietatem peruenit, cū

H utriq;

utrius praecipuum illud commune sit, secundum naturam esse; ipsam scilicet magnitudinem. Nec hoc nouum est, quaedam crescendo mutari. Infans fuit, factus est pubes, alia eius prietas fit. Illa irrationabilis est, haec rationabilis. Quaedam incremento non tantum in maius excent, sed in aliud. Non fit, inquit, aliud quod maius fit. Vtrum lagenam an dolium impletas uino, nihil refert, in utroq; proprietas uini est. Et exiguum mellis pondus ex magno sapore non differt. Diverla ponis exempla. In istis enim eadem qualitas est, quauis augeantur, manent. Quaedam amplificata in suo genere, in sua proprietate pdunt. Quaedam post multa incrementa ultima demin uertit adfectio, & nouam illis aliam, q; quam in qua fuerint conditionem imprimat. Vnus lapis facit fornacem. Ille qui latera inclinata coelavit, & interuentu suo iunxit, summo adfecto, quare plurimum facit, uel exigua, quia non auget, sed implet. Quaedam processu priorem excent formam & in nouam transuent, ubi animus aliquid diu protulit, & in magnitudinem eius sequendo lassatus est, infinitum coepit uocari quod longe aliud factum est quam fuit, cum magnum uideretur. Sed finitum eodem modo aliquid difficulter se cari cogitauimus, nouissime crescente ad difficultatem inseccabile inuentum est. Sic ab eodem quod uix & agre mouebatur, processimus ad immobile. Eadem ratione aliquid secundum naturam fuit, hoc in aliā p̄prietatem magnitudine sua transtulit, & bonum fecit. Vale.

EPISTOLA. CXIX. De parsimonia uiuctus & tormento infelicit
luxuria, & quod nunquam parum est quod sat est.

Quoties aliquid inueni, non exspecto donec dicas, in cōmune, ipse mihi dico, quid sit quod inuenierim queris: si nū laxamentū lucrum est. Docebo quōmodo fieri diues celerrime possis, quod ualde cupis audire. Nec immerito, ad maximas te diuitias cōpendario ducam. Opus erit tamen tibi creditore, ut negotiari possis, as alienum facias oporet, sed nolo per intercessorem mutueris, nolo proxoneta nomen tuum iactent. Paratum tibi creditorem dabo Cato-nianum illud a te mutū sumes. Quantulcumq; est, satis erit, si quicquid deerit, id a nobis petierimus. Nihil enim mihi Lucili interest, utrum non desideres, an habeas. Summa res in utroq; est eadem, nō torqueberis, nec illud praeceptio, ut aliquid natura neges. Cōtumax est, non potest uinciri, sumu poscit. Sed ut quicquid naturam excedit, scias praeceps esse necessarium. Esurio, edendum est. Vtrum hic panis sit plabius, an similagineus, ad naturam nihil pertinet. Illa uentre non delectari vult, sed impleri. Sitio, Vtrum hac aqua sit ex lacu proximo excepta, an ea quam multa nūne clusero, ut rigore refrigeretur alieno, ad naturam nihil pertinet. Illa hoc unū iubet, sitim extingui. Vtrum sit aureum poculum an crystallinum, an uitreum, an tybertinus calix, an manus cōcaua, nihil refert. Finem omnium rerum specta, & superuacua deuites, Fames me appellat. Ad proxima quæc extenda manus. Ipsa mihi comendau quodcunq; comprehendero. Nihil contemnit esuriens. Quid sit ergo, quod me delectauerit queris? Videtur mihi egregie dicatum. Sapiens diuitiarum naturalitatem est que foracerimus. Ihanī me, inquis, lance numeras. Quid est istud? Nam ego parauerā fiscos, Circumspiciebā in quod me mare negotiatiū immitterem, quod publicum agitarem, quas accererem merces. Decipere est istud, docere paupertate, cum diuitias p̄misiter. Ita tu pauperē iudicas, cui nihil deest? Suo, inquis, & patientiae suæ beneficio, nō fortuna. Ideo ergo illum nō iudicas diuitiem quia diuitiae eius definire non posunt: Vtrum malis habere multū an satis? Qui multū habet, plus cupit, quod est argumentū, nondum illum satis habere: qui satis habet, cōscitur est, quod nūc diuitias cōtingit, finem. An has ideo nō putas esse diuitias, quia ppter illos nemo proscriptus est? Quia propter illas nulli uenenū filius, nulli uxor impegit? Quia in bello tutæ sunt? Quia in pace ocioſæ? Quia nec habere illas piculosum, nec operulum disponere, an parum habet, qui tantū non alget, non esurit, nō sitit. Plus Iupiter nō habet. Nunq; parum est quod satis est. Nunq; latiss est, quod multū. Post Dariū & Indos pauper est Alexander Macedo, querit quod suū faciat, iuratur maria ignota, in oceanum classes mitit nouas, & (ut ita dicam) mundi claustra prumpit. Quod natura satis est, homini nō est. Inuentus est qui concupisceret aliquid post omnia. Tanta est cœcitas

cœcitas mentium, & tanta iniōrū suorum unicūq; cum processit oblitio. Ille modo ignobilis anguli non sine controversia dīs, tanto fine terrarum per suū redditus orbē trahit. Neminem pecunia diuitem fecit. Immo contra, nulli non maiorem sui cupiditatē incussit. Quæris quae sit huius rei causa? Plus incipit habere posse, qui plus habet. Adsum quā uoles mihi ex his, quorū nomina cum Cresco Līcīnōq; numerant, in mediū licet p̄trahas Afferat centum & qcqd habet, & qcqd sperat, simul cōputet. Iste mihi cōdis pauper est, si tibi potest esse. At hic q; se ad quod natura, exigit, cōposuit, nō tantū extra sensum est paupertatis, sed extra metum. Sed ut scias q; difficile sit res suas ad naturalem modum coartare, hīc p̄le quem circa naturam diximus, quem tu uocas pauperē, habet aliquid & superuacui. At exēcant populum, & in se conuertunt opes, si numerati multum ex aliqua domo effertur, si multū auri, recto quoq; eius illinitur, si familia aut corporibus electa, aut spectabilis cultu est. Omnimū istorum felicitas in publicū spei etat, ille quem nos & populo & fortuna subduximus, beatus introrsum est. Nam quod ad illos pertinet, apud quos falso diuitiarum nomen inuasit, occupata paupertas. Sic diuitias habent, quomodo habere dicimur febrem, cum illa nos habeat. Econtrario dicei resolemus, febris illum tenet. Eodem modo dicendum est, diuitiae illum tenent. Nihil erit monūste te malū, q; hoc quod nemo monetur satis, ut omnia naturalibus defyderijs metiaris, quibus aut gratis latit fiat, aut paruo. Tantum miscere uita defyderijs nō li. Quæris quali mensa, quali argento q; paribus ministerijs & leibus afferatur cibis? Nihil prater cibum natura defyderat. Num cum tibi fauces urit sitis, aurea queris polcas? Num esuriens fastidis omnia, prater paonem rhombumq; Ambitio nō est fames, contenta definire est. Quo definat, non nimis curat. Infelicitas luxuria ista tormenta sunt. Quærat quemadmodum post saturitatem quoq; esuriat, quemadmodum nō implet uentre, fed farciat, quemadmodum sitim in prima potioē sedatam reuocet. Egredie itaq; Horatius negat ad sitim pertinere, quo poculo aqua, aut q; eleganti manu misitretur. Nam si pertinere ad te iudicas, q; crinitus puer, & q; perlucidum tibi poculum porrigit, non sitis. Inter reliqua hoc nobis natura præstít præceptum, quod nec essitas fastidium excusit. Recipiunt superuacua delectum. Hoc parum decens, illud laudatum oculos meos ladiit. Id actum est ab illo mundi conditore, qui nobis uiuendi iura descriptis, salui essemus, non delicati. Ad salutem omnia parata sunt & in promptu, delitijs oia misere ac fastidite operantur. Utamur ergo in hoc natura beneficio iter magna numerando, & cogitemus nullo nomine melius illam meruisse de nobis, q; quia quicquid ex necessitate defyderetur sine fastidio sumitur. Vale.

Libri uicesimi primi Epistolarum finis.

LVCII ANNEI SENECAE AD LV CILIVM EPI-STOLARVM LIBER DECIMVS NONVS.

EPISTOLA. CXX. Quomodo ad nos boni honestiq; noticia peruenierit, ubi notat eos qui assidue suum statutum uariant.

Christiana tua p̄ plures quaestiones uagata est, sed in una consistit, & hāc expediti defyderat. Quomodo ad nos boni honestiq; noticia peruenierit. Hāc duo apud alios diuersa sunt, apud nos tantum diuisa. Quid sit hoc dicam. Bonum putant esse aliqui, quod utile est. Itaq; hoc & diuitijs, & equo & uiño, & calcio nomen imponunt, tanta sit apud illos boni uilitas, & adeo usq; ad fordida descendat. Honestum putent, cui ratio recti officij constat, tanq; pie curatam patris senectutem, adiutam amici paupertatem, fortem expeditionem, prudentem moderatamq; sententiam. Ista duo quidem facimus, sed ex uno. Nihil est bonum, nisi quod honestum est, quod honestum est, utiq; bonum. Superuacuum iudicatio adiucere, quid inter ista discriminis sit, cum sapere dixerim, hoc unum dicam. Nihil nobis bonum uideri, quo quis & male uti potest. Vide autem diuitijs, nobilitate, uiribus, q; multi male utantur. Nunc ergo ad id reuertor, de quo defyderas dici. Quomodo ad

H 2 nos

Ait cōparat.

nos prima boni honestis noticia peruererit. Hoc nos docere natura non potuit. Semina nobis scientia dedit, scientiam non dedit. Quidam autem nos in noticia incidisse, quod est incredibile. Virtutis aliqui speciem casu occurrisse. Nobis uidetur obseruatio collecta, & rerum saepe factarum inter se collatio per analogiam. Nostrum intellectum & honestum, & bonum iudicant. Hoc uerbum cum latini gramicidi ciuitate donauerint, ego damnandum non puto, in ciuitate suâ redigendum. Ut ergo illo non tantum tanquam recepto, sed tanquam usitato. Quae sit hæc analogia dicam. Noueramus corporis sanitatem, ex hac cogitatione esse aliquam & animi. Noueramus corporis uires, ex his collegimus esse, & animi robur, aliqua benigna facta, aliqua humana, aliqua fortia, nos obstupefecerat. Hæc coepimus tanquam perfecta mirari. Suberant illis multa uitia, quæ species aliquius conspiciuntur, fulgorque celabat. Hæc dissimilauimus, natura iubet augere laudanda. Nemo non gloriam ultra rectum tulit. Ex his ergo specie ingentis boni traximus. Fabricius Pyrrhi regum aurum repulit, maiusque regno iudicauit, regias opes posse contemnere. Idem medico Pyrrhi promittente uenenu se Regi daturum, monuit Pyrrhum, Caueret insidias. Eiusdem animi fuit auro non uinci, ueneno non uiuere. Admirati sumus ingentis uitrum, quæ non Regis, non contra regem promissa flexissent. Boni exempli tenacem (quod difficillimum est in bello) nocentem, qui aliquod esse crederet etiam in hostes nefas, qui in summa paupertate quæ sibi decus fecerat, non aliter refutavit diuitias quam uenenum. Vnde, inquit, beneficio meo Pyrrhe, & gaude, quod adhuc dolebas Fabricium non posse corrumpi. Oratius cocles solus impleuit pontis angustias, adinquit a tergo sibi redditum, dummodo iter hosti auferetur iussit, etiæ diu relictis præmetibus, donec reuulsus ingenti ruina tigna sonuerunt. Postquam respexit, & extra periculum esse patriam periculo suo, sensit. Veniat siquis uult, inquit, sic euentum sequi, agitque se in præcepis, & non minus sollicitus in illo rapido alue fluminis, ut armatus, quæ ut faluus exiret. Retento armori uietricium deco-
re, tam tutus rediit, quæ si sponte uenisset, hæc & huiusmodi facta imagine nobis ostendere uirtutis. Adiiciam quod mirum fortassis uideatur. Mala interdum specie honesti obtulerunt, & optimum ex contrario nituit. Sunt enim ut scis, uirtutibus uitia confinia, & perditis quoque ac turibus recte similitudo est. Sic mentitur prodigus liberalis. Cum plurimum interlat, utrum quis dare sciat, an seruare nesciat. Multi, inquam, sunt Lucili, qui non donant, sed proiiciunt. Non uoco ego liberalem pecuniam suæ iratum. Imitatur negligientia facilitatem, temeritas, fortitudinem. Hæc nos similitudo coegerat attendere, & distinguere specie quidem uicina, re autem plurimum inter se diffidentia, dum obleruamus eos quos insignes egregium opus fecerat, coepimus annotare quis rem aliquam generoso animo fecisset, & magno impetu. Sed semel hunc uidimus in bello fortem, in foro timidum animose paupertate ferentem, humiliiter infamiam, factum laudauimus, contemplimus uirum. Alium uidimus aduersus amicos benignum, aduersus inimicos tempe-
ratum, & publica & priuata sancte ac religiose administrante, non deesse ei & in his quæ toleranda erant patientia, & in his quæ agenda, prudentiam. Vidimus ubi tribuendum esset, plena manu dantem, ubi laborandum, pertinacem & obnoxium, & laetitudinem corporis animo subleuantem. Præterea idem erat semper & in omni actu par sibi, iam non consilio bonus, sed more eo perductus, ut non tantum recte facere posset, sed nisi recte facere non posset. Intelleximus in illo perfectam esse uirtutem, & in partes diuisimus. Oportebat cupiditates refrenari, metus comprimi, facienda prouideri, reddenda distribui. Comprehendimus temperantiam, fortitudinem, prudentiam, iusticiam, & suu cuique dedimus officium. Ex quo ergo uirtutem intelleximus? Ostendit illam nobis ordo eius & decor & constantia, & omnium inter se actionum concordia, & magnitudo super omnia effensu se, hinc intellecta est illa beata uita, secundo defluens curu, arbitrii sui tota. Quomodo ergo hoc ipsum nobis apparuit? dicam. Nunquam uir ille perfetus adeptus uirtutem, fortunam maledixit. Nunquam accidetia triflits exceptit, ciuem esse se uniuersi & militem credens, labores uelut imperatos subiit. Quicquid inciderat, non tanquam malum aspernatus est, & in se casu delatum, sed quasi delegatum sibi, hoc qualecumque est, inquit, meum est, aspernum est, durum est, in ipso nauemus operam. Ne-
cessario itaque magnus apparuit, qui nunquam malis ingemuit, nunquam de fato suo que-
stus est,

stus est, fecit multis intellectum sui, & non aliter quæ in tenebris lumine effulgit, auertitque in se omnium animos, cū res est placidus & lenis & humanis diuinisq; rebus pariter aequus, habebat perfectum animum, ad summam sui adductus. Supra quæ nihil est nisi mens dei, ex qua pars, & in hoc pectus mortale defluxit, quod nunquam magis diuinum est, quæ ubi mortalitatem suam cogitat, & fecit in hoc natum hominem, ut uita defungatur, nec domum esse hoc corpus, sed hospitium, & breue hospitium, quod relinquendum est, ubi te grauem esse hospitem uideas. Maximum inquam mihi Lucilli argumentum est animi ab aliis tertiis uenientis sede, si hæc in quibus ueratur humilia iudicat, & angusta, si exire non meatur. Seit enim quo exiturus sit, qui unde uenerit, meminit. Non uideremus quæ multa nos incommoda exigent, quæ male nobis conueniat hoc corpus. Nunc de ventre, nunc de capite, nunc de pectore ac fauicibus querimur. Alias nerui nos, alias pedes uexant. Nunc detectio, nunc distillatio. Aliquando superest sanguis. Aliquando deest. Hinc atque illinc tentamur, & expellimur. Hoc eueniare solet in alieno habitantibus. At nos corpus tuum pe sortiti, nihilominus alterna proponimus, & in quantum potest atas humana protendit, tantum spe occupamus. Nulla contenti pecunia, nulla potentia. Quid hac re fieri impudentius, quid stultius potest? Nihil satius est morituri, immo morientibus. Quotidie enim proprius ab ultimo statim, & illo unde nobis cadendum, hora nos omnis impellit. Vide in quanta cæcitate mens nostra sit. Hoc quod futurum dico, nunc maxime fit, & pars eius magna iam facta est. Nam quod uiximus tempus eo loco est, quo erat ante quæ uiximus. Erramus autem, qui ultimum timemus diem, cum tantundem in morte singuli converant. Non ille gradus laetitudinem facit, in quo deficitus, sed ille profitetur. Ad mortem dies extremus peruenit, accedit omnis. Carpit nos illa, non corripit. Ideo magnus animus cœsarius sibi melioris natura, dat quidem operam, ut in hac statio, quæ postus est, honeste se atque industrie gerat. Ceterum nihil horum quæ circa ipsum sunt suum iudicat, sed ut commodatis uitit, peregrinus & properans. Cum aliquem huius uideremus constantiam, quid si subiret nos species non uisitata indolis? Vtique si haec ut dixi magnitudinem ueram esse ostendebat. Qualitatibus uere tenor permanet, falsa non durat. Quidam alternis Vatinij, alternis Catones sunt. Et modo parum illis leuerus est Curius, parum pauper Fabrichius, parum frugis & contentus uulibus Tubero. Modo Lucius Crassus diuinitus. Apicium coenis. Mecenaten delitio provocat. Maximum inditum est malam mentis fluctuationem. Et inter similitudinem uirtutis, morumq; utilium assida iactatio, Is habebat saepe ducentos, saepe decem seruos. Modo reges atque tetrarchas, omnia magna loquens. Modo sit mihi mensa triplex, & concha salis puri, toga quæ defendere frigus, quatuor crassa, queat, decies centena dedisses, huic parco paucisq; contento, quinq; diebus nil erat in loculis. Omnes isti tales sunt, qualem hunc describit Horatius Flaccus, nunquam eundem, nec simile quidem sibi. Adeo in diuersum aberrat. Multos dixi, prope est ut omnes sint. Nemo non quotidie, & confluum mutat, & uotum, modo uxorem uult habere, modo amicam, modo regnare uult, modo id agit, ne quis sit officiosus seruos, modo dilatit se usq; ad inuidiam, modo subsedit & contrahitur infra humilitatem uere facientium, modo pecuniam spargit, nunc rapit. Sic maxime coarguitur animus imprudens, alius prodit atque alius. Et (quo turpis nihil iudico) impar sibi est. Magna rem puta unum hominem agere, prater lapientem autem nemo unum agit. Ceteri multiformes sumus, modo frugis tibi uidebimus & graues, modo prodigi & uani. Mutamus subinde personam, & contrarium ei sumimus, quam exuimus. Hoc ergo a te exige, ut qualiter institueris præstare te, talem usq; ad exitum seruos. Effice ut pollixi laudari, si minus, ut agnoscas. De aliquo, quæ uidisti heri, merito dici potest, hic quis est; tanta mutatio est. Vale.

EPISTOLA CXXI. Quæ modo omnibus animalibus sit constitutionis suæ tempus, & ex omnibus constitutionibus suis sensus est, & quid sit constitutio.

L Itigabis ego uideo, cum tibi hodiernam quaestuanculam, in qua satis diu habemus, exposuero. Interim enim clamabis hoc quod clamare soles. Hoc quid ad

Theologica
uimiru ien-
tentia

Alt peragras

Hominu in
conitandia

H 3 mores

mores? Sed ad exclamandum tibi primum alios opponam, cum quibus litiges, Possidonium & Archidemum. Hi iudicium accipient, deinde dicam. Non quicquid morale est, bonos mores facit. Aliud ad hominem alienum pertinet, aliud ad exercendum, aliud ad uestendum, aliud ad docendum, aliud ad delectandum. Omnia tamen ad hominem pertinent, etiam si non omnia meliora eum faciunt. Mores alij aliter attingunt. Quadam illos corrigunt & ordinant. Quadam naturam eorum & originem scrutantur, cum queritur, quare hominem natura produxit. Quare proutlerit animalibus certis, longe me iudicas mores reliquisse, falsum est. Quomodo enim scies, qui habendi sint, nisi quid homini sit optimus inuenieris? Nisi naturam eius inspexeris? Tunc demum intelliges, quid faciendum tibi, quid uitandum sit, cum didiceris quid naturae tuae debet. Ego, inquis, uolo discere, quomodo minus cupiam, minus timeam. Superstitionem mihi excute, doce leue esse uanum, hoc quod felicitas dicitur. Vnam illis syllabam facilime accedere. Desyderio tuo satifaciam, & uirtutes exhortabor, & uitia conuerberabo, licet aliquis nimium immoderatumque in hac parte me iudicet, non desistam persequi nequitia & affectus efferaffissimos inhibere, & uoluptates ituras in dolorē compescere, & uotis obstatere. Quid nō? Cum maxima malorum optauerimus, & ex gratulatione natum sit, quicquid obloquimur. Interim permitte mihi ea, que paulo remotiora uidentur, excutere. Quaramus, an eset omnibus animalibus constitutionis sua tempus. Sensus autem esse ex eo maxime appetit, quod membra apte, & expedite mouent, non aliter quam in hoc erudita. Nulli non partium suarū agilitas est. Artifex instrumenta sua tractat ex facili. Rector natus scit gubernacula flectere. Pictor colores quos ad reddendam similitudinem multos varioscē ante se posuit celerrime denotat, & inter caram opusum facili uult ac manu commeat. Sic animalia nomen usum sui mobilem mirari solemus. Satiant peritos quod in omnem significationem rerum & affectuum parata illorum est manus, & uerborū uelocitatem geltus assequitur. Quod illis ars praefat, his natura. Ne in me agre molitur actus suos, Nemo in usu sui hastū. Ad hoc edita protinus factū. Cum haec scientia prodeunt, instituta nascuntur. Ideo, inquis, partes suas animalia apte mouebunt, quia si altera moverint, dolorem sensura sunt. Ita ut uos dicitis, coguntur, metusque illa in rectum, non uoluntas mouet, quod est falsum. Tarda enim fuit qua necessitate impelluntur. Agilitas spontaneus motus est. Adeo autem non adgit illa, ad hoc doloris timor, ut in naturalem motum etiam dolore prohibentur. Sic infans qui stare meditatur, & ferre se afluxerit, simul tentare uires suas copit, cadit, & cum fletu toties resurgit, donec se per dolorem ad id quod natura poscit exercuit. Animalia quadam tergi durioris inueniunt tamdiu se torquent, ac pedes exerunt, & obliquant, donec ad locum reponantur. Nullum tormentum sentit lupina testudo. Inquierat tamen desyderio naturalis status, nec ante definit nisi, quater se, quia in pedes constituit. Ergo omnibus constitutionibus suis sensus est, & inde membrorū tam expedita tractatio, nec ullum maius iudicium habemus, cū hac illa ad uiuendum uenire noticia, quam quod nullum animal ad usum sui rude est. Constitutione est, inquit, ut uos dicitis principale animi, quodam modo se habens erga corpus Hoc tam perplexum & subtile & nobis quoque uix enarrabile. Quomodo infans intelligit. Omnia animalia dialectica nasci oportet, ut istam finitionem magna parti hominum togatorum obscuram intelligent. Verum erat quod opponis, si ego ab animalibus constitutionis finitionem intelligi dicerem. Nam ipsa constitutione facilius natura intelligitur, quam enarratur. Itaque infans ille quid sit constitutio, non nouit, constitutionem tuam nouit, & quid sit animal necit, animal esse se sentit. Præterea ipsam constitutionem crasse intelligit, & summatim, & obscure. Nos quoque animū habere nos scimus. Quid sit animus, ubi sit, qualis sit, & unde, ne scimus, qualis ad nos peruererit animi nostri sensus, quamvis naturam eius ignoremus ac fedem, Talis ad omnia animalia constitutionis sua sensus est. Necesse est enim id sentiat, per quod animalia quoque sentiunt. Necesse est sensum eius habeant, cui parent a quo reguntur. Nemo non ex nobis intelligit esse aliquid, quod impetus suos moueat, quid sit illud, ignorat. Et quod sibi esse scit, quid sit, aut unde sit, nescit. Sic ut infantibus sic

Ex deprava/
tissimis exē/
plaribus ita
colligo legen-
dū. Sic animalia
omne in usum
sui mobile
Mirari sole-
mus scēna p-
itos.

bus sic quoque animalibus principalis partis sua sensus est, non satis dilucidus non expressus. Dicitis, inquit, omne animal primum cōstitutionis sua Conciliari hominē sibi, non tanquam animalē sed tanquam rationalē. Et enim parte sibi carus est homo, qua homo est. Quomodo ergo infans conciliari animalē rationalē potest, cum rationalis nondum sit? Vnicutius artati sua constitutio est. Alia infantis, alia puero, alia seni. Omnes enim constitutioni conciliantur in qua sunt. Infans sine dentibus est. Huic constitutioni sua conciliatur. Renati sunt dentes, huic constitutioni conciliatur. Nam & illa herba quae in segetem frugem uentura est, aliam constitutionem habet Tenera & uix eminenis sulco, aliam cum conualuit & mollis quidem culmo, sed quod ferat bonum suum constituit, aliam cum flauescit, & ad arcum spectat & spica eius induruit, in quam constitutionem cum uenit, eam tuetur, in eam componitur. Alia est artas infantis, puero, adolescentis, senis. Ego tamen idem sum, qui & infans fui, & puero, & adolescentis. Sic quamvis alia atque alia cuique constitutio sit, conciliatio cōstitutionis sua eadem est. Non enim puerum mihi aut iuuenem, aut senem, sed me natura commendat. Ergo infans ei constitutionis sua conciliatur, que tunc infantis est, non quae futura iuueni est. Neque enim si aliquid illi maius in quod transeat restat, non hoc quoque in quo nascitur secundum naturam est, primum sibi ipsum conciliatur animal, debet enim aliquid esse, ad quod alia referantur. Voluptatem peto. Cui Mihi. Ergo mei curam ago, Dolorem refugio. Pro quo? Pro me. Ergo curam ago. Si omnia propter curam mei facio, ante omnia est mei cura. Haec animalibus inest cunctis, nec inferitur, nec innascitur, producit foetus suos natura, non absicit. Et quia tutela certissima ex proximo est, sibi quoque commissus est. Itaque ut in primis oribus epistolis dixi, Tenera quoque animalia & materno utero uel quoquo modo efi- fusa, quid sit infestum ipsis, protinus noruit, & mortifera deuitant, umbram quoque trans uolantium reformidant, obnoxia autibus, rapto uiuentibus. Nullum animal ad uitam prodit sine metu mortis. Quemadmodum, inquit, editum animal intellectum habere, aut salutaris, aut mortifera rei potest. Primum queritur, an intelligat, non quemadmodum intellectu intelligat. Etiam autem illis intellectum ex eo appetit, quod nihil amplius intellectu intellexerint, faciant. Quid est quare paucorum, quare anserem, galina refugiat? Aut tanto minorem & ne notum sibi quidem accipitrem? Quare pulli felem timeant, canem non timeant? Apparet illis inesse scientiam nocturni, non experientia collectam. Nam antiqui possunt experiri, cauent. Deinde ne hoc casu existimes fieri, nec metuant alia quam debent, nec unquam oblitus sunt. Huius tutela & diligentia aequalis est illis a perniciose fuga. Præterea non sunt timidiora uiuendo. Ex quo quidem appetit, non usu illa ad hoc peruenire, sed naturali amore salutis sua. Et tardum est & varium, quod usus docet. Quicquid natura tradit, & aquale est omnibus, & statim. Si tamen exigis, dicam, quomodo omne animal perniciose intelligere conatur. Senit se carne confare. Itaque sentit, quid sit, quo secari caro, quo urī, quo obteri possit. Quae sunt animalia armata ad nocendum, horum speciem trahit inimicam & hostilem. Inter se ista coniuncta sunt. Similis enim conciliatur saluti sua quicque, & quae iuuant, illa petit, Lefura formidat. Naturales a contrariis aspernationes sunt, sine ulla cogitatione, quae hoc dicit. Sine consilio fit, quicquid natura præcipit. Non uidet, quanta subtilitas sit apibus ad singenda domicilia? Quanta diuinū laboris obeundique concordia? Non uidet quam nulli mortalium imitabilis sit illa aranea textura? Quantū operis sit fila disponere? alia in rectum immissa firmamenti loco, alia in orbem currentia ex denso rara, quam minora animalia in quorum precium illa tenduntur, uelut rhetibus impli- cata teneantur. Nascent ars ista, non discitur. Itaque nullum est animal altero do- ciens. Videbis aranearum pares telas, par in fauis angulorum omnium foramen. Incertum est & inaquele, quicquid ars tradit, a quo uenit quod natura distribuit. Hac nihil magis quam tutelam sui & eius peritiam tradidit. Ideoque etiam simul incipiunt, & discere & uiuere. Nec est mirum, cum eo nasci illa, sine quo frustra nasceretur. Primum hoc instrumentum illa natura contulit, ad permanentium conciliacione & charitate sui. Non poterant salua esse, ni uellent. Nec non hoc per se profuturum

H 4 erat, sed

erat, sed sine hoc nulla res profusisset. Sed in nullo deprehendes uitatem sui. Negligentiam quidem Tacitis quoq; & brutis quāuis in cetera torpeant, ad uiuendū solertia est. Videbis quā alij inutilia sunt, sib; ipsa non deesse. Vale.

EPISTOLA CXXII. De his qui officia lucis noctisq; perueruntur. Et quod naturam sequentibus omnia facilia sunt & expedita.

Contra Au/
gustinū de ci-
delli. 16. ca. 9.
experiētā an-
tipodes dicitur.

*

At. macidi

Detrimentum iam dies sensit, resiliuit aliquantulum, ita tamen, ut liberale adhuc spatium sit, si quis cum ipso (ut ita dicam) die surgat officiosior meliorq;, quam si quis illum expectat, & lucem primam exuit. Turpis qui alto sole semper omnis iacet, cuius uigilia in medio die incipit, & adhuc multis hoc antelus canum est. Sunt qui officia lucis noctisq; perueruntur, nec ante deducant oculos hæster/na graues crapula, quam appetere nox coepit. Qualis illorum condicō dicitur, quos natura (ut ait Vergilius) sedibus nostris subditos eccl̄trario posuit. Nosq; ubi primus equis oriens affluit anhelis, illis sera rubens accedit lumina uester. Talis horum contraria omnibus non regio, sed uita est. Sunt quidem in eadem utrbe antipodes. Qui ut Marcius Cato ait, nec orientem unquam solem uiderunt, nec occidentem. Hos tu existimas scire, quemadmodum uiuendum sit, qui nesciunt quando, & hi mortem timent, in qua se uiui condiderunt. Tam infausti homines, quam nocturnæ aues sunt, licet in uino unguento tenebras suas exigant, licet epulis, & in multa quidem propria discotis, totū peruersum uigilat tempus educant, non conuiantrur, sed iusta sibi faciunt, mortuis certe interdiu parentant. At mehercules nullus agenti dies longus est. Extendamus uitam Huius, & officium & argumentum actus est. Circumscribat nox, & aliquid ex illa in diem transferatur. Aues quæ cōiuījs comparantur, ut immota facile pingueſcant, in obscuro continentur. Ita sine ulla exercitatione iacentibus, tumor, pigrum corpus inuidit, & superbam umbram iners sagina succrescit. At istorum corpora qui se tenebris clauerū, fœda uisuntur. Quippe non speciosior illis, quam morbo pallentibus color est, languidi, & tenui caro morticina est. Hoc tamen minimum in illis malorū dixerim, quanto plus tenebrarum in animo est. Ille in se stupet, illi caligit, inuidet cæcis. Quis unquam oculos tenebrarū causa habuit? Interrogas quomodo hæc animo prauitas fiat, auerſandi diem, & totam uitam in noctem transferendi? Omnia uitia contra natūram pugnant. Omnia debitum ordinem deserunt, hoc est luxuria propositū, gaude, re peruersis, nec tantum discedere a recto, sed quam longissime abire. Deinde etiam illi econtrario nō uidentur sibi contra naturā uiuere. Ieiuniū bibunt, qui uinum recipiunt in anibus uenis, & ad cibum ebr̄ij tranfeunt. Atq; frequens hoc aduleſcentium uitium est. Qui uires excolunt, in ipso pene balnei limine, inter nudos bibunt, immo potant, ut sudorem quem mouerunt potionibus crebris ac feruentibus, subinde disstringuant. Post prandium aut cenam bibere uulgare est. Hoc patres familiæ rustici faciunt, & uerae uoluptatis ignari. Merum illud delectat, non quod innat cibo, quod libere penetrat ad nervos. Illa ebrietas iuuat, quæ in vacuum uenit. Non uidentur tibi contra naturā uiuere, qui cōmutant cum foeminiis uestem. Non uiuunt contra naturā, qui spectant, ut pueritia splendeat tempore alieno? Quid fieri crudelius, uel miserius potest? Nunquam uite erit, ut diu uirum pati possit, & cum illum contumelia lexus eripuisse debuerat, ne etas quidem eripitur? Non uiuunt contra naturam, qui hyeme concupiscunt rosam? fomentoq; aquarum calentium, & calorū apta imitatione brumalium, florem uernum exprimit? Non uiuunt contra naturam, qui pomaria in summis turribus serunt, quorum silua in tecis domuum ac fastigis mutant? Inde ortis radicibus, quo improbe cœmina agiſtent? Non uiuunt contra naturam, qui fundamenta terrarum in mare faciunt, & delicate natura ipsi uidentur, ubi calentia stagna fluctu ac tempeſtate feriantur. Cum insituerunt omnia contra naturam consuetudinem uelle, nouissime in totum ab illa desciscunt. Lucet somni tempus, quies est, nunc exerceantur, nunc gefemur, nunc prandemus, iam lux proprius accedit, tempus est cena. Non oportet id facere, quod populus.

quod populus. Res sordida est trita, ac uulgari uia uiuere Dies publicus relinquatur proprius nobis, ac peculare mane fiat. Iſti mihi uero defunctorum loco sunt. Quantulum enim a funere absunt, equidem acerbo, qui ad faces & careos uiuunt? Hanc uitam agere eodem tempore multos meminimus, Inter quos & Atylum Butam prætorium, cui post patrimonii ingens consumptum, Tyberius paupertatem confitenti, se ro, inquit, experrectus es. Recitabat Montanus illius carmen tolerabilis poetæ & amicitia Tyberij notus & frigore, ortus & occasus libertissima inferebat. Itaq; cum indigna retur quidam illum tota die recitasse, & negaret accedēdum ad recitationes eius, Nacta Pinnarius ait. Nunquam liberalius postum agere. Paratus sum illum audire ab ortu ad occasum. Cum hos uersus recitasset. Incipit ardentes phœbus producere flamas. Sparge se rubicunda dies, iam tristis hirundo, Argutis redit usq; cibos immittere nūdis. Incipit, & molli partitos ore ministrat. Varus eques romanus uicini comes coenarum bonarum affectator, quas improbitate linguae merebatur, exclamauit, Incipit Buta dormire, Deinde cum subinde recitasset. Iam sua pastores stabulis armenta locarunt, iam dare sopitis nox pigna silentia terris Incipit. Idem Varus, inquit. Quid dicit? Iam nox est, ibo & Butam salutabo. Nihil erat notius hac eius uita in contrariū circumacta, quam ut dixi multi eodem tempore aegerant. Causa aut est ita uiuendi quibusdam, non quia aliquid existimat in eodem ipsum habere iucundius, sed quia nihil iuuat obliuium, & grauis malæ conscientia lux est, & omnia concupiscentis aut cōtempnit, prout magno aut parvo empta sunt, fastidium est lumen gratitū. Præterea luxuriosi uitam suam esse in seruimonibus, dum uiuunt, uiolunt. Nam si facetur, perdere se putant operā. Itaq; aliquoties faciūt quod excitat famam. Multi bona comedunt, multi amicas habent. Ut inter istos nomen inuenias, opus est non tantum luxuriosam rem, sed notabilem facere. In tam occupata ciuitate fabulas uulgaris nequitia non inuenit. Pedonem Albinouanū narrante audieramus, erat autem fabulator elegantissimus, habitasse se supra domum Spanij. Is erat ex hac turba lucifugaram. Audio, inquit, circa horam tertią noctis flagellorum sonum. Quero quid faciat? Dicitur rationes accipere, Audio circa horam sextam noctis clamorem concitatum. Quero quid sit? Dicitur uocem exercere. Quero circa octauā horam noctis, quid sit ille sonus rotarum uelle gestari dicitur. Circa lucem discurrevit. Pueri uocant cellarij, coqui tumultuantur. Quero quid sit? Dicitur mulsum & alciam poposce, a balneo exisse. Excedebat, inquit, cena, cuius diem minime. Valde enim frugaliter uiuebat, nihil consumebat nisi noctem. Itaq; credo dicentibus illum quibusdam auarum & sordidum. Vos, inquit, illum & lychnobium dicetis. Non debes admirari si tantas inuenis uitiorum proprietates, uaria sunt, & innumerabiles habent facies. Comprehendit eorum genera non possunt. Simplex recti cura est, multiplex prauis, & quantum uis nouas declinationes capi. Idem moribus euent naturam sequentium. Faciles sunt, soluti sunt, exigua differentias habent. His distorti plurimum, & omnibus inter se dissident. Causa tam præcipua mihi uidentur huius morbi, uita communis fastidium. Quomodo cultu se a ceteris distinguit, quomodo elegancia cenarum, munditij uehicularum, sic uolunt separare etiam ipsorum dispositiones, nolunt solita spectare, quibus peccandi primum infamia est. Hanc pertinet omnes isti, qui ita dicant, recto uiuunt. Ideo Lucili temenda nobis uia est, quæ natura præscripta, nec ab illa declinandum. Illam sequentibus omnia facilia & expedita sunt. Contra illam nitentibus nō alia uita est, quæ contra aquam remigantibus. Vale.

EPISTOLA CXXIII. De abstinentia & temperantia eis, & de adulatio[n]e uitanda & duobus rerum generibus, quæ nos inuitant aut fugant.

Tinere confessus incommodo magis, quam longo, in albanum meum nocte multa perueni, Nihil habeo paratum nisi me. Itaq; in lecto laſitudinē pono, hanc coi qui ac pistoris morā boni consulo. Mecum em de hoc ipso loquor, quā nihil sit grāue, quod leuiter excipiā. Quod indignandū nihil, nihil ipse indignando astruas, non habet panem meus pistor, sed habet uillicus, sed habet atriensis, sed habet colonus Malum

*

*

Alt. similis
gineum.

* Malum panem, inquis. Expecta, bonus fiet, etiam, illum tenerum tibi & filigineum fam
mes reddet. Ideo non est ante edendum quā illa imperet. Expectabo ergo nec ante edam,
quam aut bonum panem habere coepero, aut malum fastidire desero. Necessarium est
parvo assuefcere. Multæ difficultates locorum, multæ temporū etiam locupletibus & in
strūctis a nobis optantem prohibent, & occurrit. Quicquid uult habere nemo potest,
illud potest, nolle quod non habet. Rebus oblatis hilaris uti, magna pars libertatis est, be
ne moratus uenter, & contumelie patiens astimari non potest. Quantam uoluptatem ca
piam ex eo, quod laſitudo mea sibi plas assufcit. Non unctio[n]es, non balneum, non ul
lum aliud remediu[m] quam temporis quo[rum]. Non quod labor cōtraxit qui extollitur, hæc
qualiscunq[ue] coena & dissoluit quæ attuli iucundior erit. Aliquando enim experimentum
anūniū lumpi subito Hoc em est simplicius & uerius. Nam ubi se præparauit & indixit
sibi patientem, non æque appetet, quantum habet uerar firmat[i]s. Illa sunt certissima ar
gumenta qua ex tempore dedit, si non tantum aquus modestiam, sed placidus aspexit,
si non excanduit, non litigauit, sed quod dari deberet, ipse sibi non defuderādo suppleuit
& cogitauit aliquid coniuetudine sua sibi nihil deesse. Multa quam superuacua essent
non intelleximus, nisi cū deesse ceperunt. Vt ebatur illis, non quia debebamus, sed quia
habebamus. Quam multa ante parabamus, quia alij parauerūt, quia apud plerosq[ue] sunt,
Inter causas malorum nostrorum est quod uiuimus, ad exempla nec ratione componi
mur, sed consuetudine abducimur. Quod si pauci facerent, nollemus imitari, cum plu
res facere coeperunt, quasi honestus sit, quia frequentius sequimur, & recti apud nos lo
cum tenet error, ubi publicus factus est. Omnes iam sic peregrinantur, ut illos Numi
darū præcurrit equitatis, ut agmen curorum antecedat. Turpe est nullos esse, qui oc
currentis uia deſciantur, ut qui honestum hominem uenire magno puluere ostendat.
Omnes iam multos habent, qui crystallina & murrina & celata magnoru[m] artificium ma
nu portent. Turpe est uideri eas te habere sarcinas totas, qua tuto concuti possunt. Om
nium pedagogi oblitera facie uehementur, ne sol, ne frigus teneram cutem ladeat. Turpe est
neminem esse in comitatu. O puerum cuius lana facies medicamentum defuderet. Ho
rum omnium sermo uitandus est. Hi sunt, qui uita tradent, & alio aliunde transferent.
Pessimu[m] genus horum hominu[m] uidebatur, qui uerba geſtarent. Sunt quidā qui uita ge
stant. Horum sermo multum nocet. Nam etiam si non statim proficit, semina in animo
relinquit, sequiturq[ue] nos etiam cū ab illis discesserimus, resurreetur poſtea malū. Quē
admodum qui audierunt symphoniam, ferunt secum in auribus modulationem, illa ad
dulcedinem cantu[m] cogit, actiones impedit, nec ad feria patitur nitendi. Sic adulato
rum & prava laudantium sermo diutius hæret quā auditur, nec facile est animo dulcem
sonum excutere, prosequitur & durat, & ex interculo reccurrit. Ideo claudente sunt au
res, malis uocib[us], & quidē primis. Nam cum initium fecerunt, admisſaq[ue] sunt, plus au
dent. Inde ad hæc peruenit uerba. Virtus, & philosophia, & iusticia uerbōrū inanum
crepitus est. Una felicitas est bona uita, facere omnia libere, frui patrimonio, hoc est ui
uere, hoc est se mortalem esse meminisse. Fluunt dies, & irreparabilis uita decurrit. Du
bitamus quod iuuat sapere, & atati non semper uoluptates deceptoria. Interim dum po
test, dum posſit ingener frugalitatem eo ut mortem præcurrere, & quicquid illi ablatu
ra est, iam sibi interire. Non amica habes, nō puerum, qui amica moueat inuidia. Quo
tidie sobrius prodis, sic coenas, tam Ephemeridē patri approbaturus. Non est istud ui
uere, sed aliena uita interesse. Quanta demētia est hæredi suo procurare, & sibi negare
omnia, ut tibi ex amico inimicu[m] magna faciat hæreditas. Plus enim gaudebit tui amor,
quo plus accepit. Iſtos tristes & supciliosos aliena uita censores, siue hostes publicos,
pedagogos affis ne feceris. Nec dubitaueris bona uitam, quam opiniōne bonam malle.
Ha uoces non aliter fugienda sunt, quam illa quas Vlyxes nō alligatus præteruehi no
luit. Idem possunt, abducunt a patria, a parentibus, ab amicis, a uirtutibus, & in turpem
uitam ac miseram, ubi turpius illidunt. Quanto fatius est rectum sequi limitem, & eo
se producere, ut ea demum sint tibi iucunda, quæ honesta. Quod aſequi poterimus,
si fecerimus duo esse genera rerum, quæ nos aut inuitent, aut fugent. Inuitent, ut di
uitia, uoluptates, forma, ambitio. Cetera blanda & arridentia. Fugant labor, mors,
dolor,

dolor, ignominia, uictus astrictior. Debemus itaque exerceri, ne haec timeamus, nec
illa cupiamus. In contrarium pugnemus, & ab inuitantibus recedamus, aduersus pot
entiam concitemur. Non uides quā diuersis sit ascendentium habitus & descent
dentium? Qui per pnum eunt, resupinat corpora, qui in arduum, incumbunt. Nam si
descendas, pondus suum in priorem partem dare, si ascendas, retro abducere, cum uitio
Lucili consentire est. In uoluptates descendit, In res asperas & duras subeundum est.
Hic impellamus, & corpora illis refrenemus. Hoc nunc me existimas dicere, Eos tantu[m]
pernicioſos esse auribus nostris, qui uoluptatem laudent, qui dolores, metus per se for
midabiles res incutunt, Illos quoq[ue] nocere nobis existimo, qui nos sub specie Stoicæ se
ete hortantur ad uitia. Hoc enim iactant solum sapientem & doctum esse amatorem,
solus apte ad hanc artem, aque cōbibendi & coniuendi sapiens est peritissimus. Quæ
ramus ad quā usq[ue] atēam iuuenies amandi sint. Hæc græca consuetudini data sint. Nos
ad illa potius aures dirigamus. Nemo est casu bonus, discenda uirtus est. Voluptas hu
miliis res & pusilla est, & in nullo habenda precio, communis cum brutis animalibus, ad
quam minima & contemptissima aduolant. Gloria uannu[m] & uolatile quicdam est, aura
& mobilis. Paupertas nulli malum est nulli repugnant. Mors malum non est, quid quæ
ris? Sola in aequo est generis humani. Superstitionis error infanus est, amādos timet, quos
colit, uiolat. Quid enim interest, utrum deos neges, an infames? Hæc discenda, mo[e]
scenda sunt, non debes excusationes uitio philoſophia suggerere. Nullam habet spem
salutis aeger, quem ad intemperantia medicus hortatur. Vale.

EPISTOLA. CXXIII. Quod bonum non sensu fed intellectu compre
henditur. Et quod bonum in nullo est, nisi in quo ratio.

P Osum multa tibi ueterum praecepta referre, ni refugis tenuisq[ue] piget cognoscere curat. Non refugis autem, nec ulla te subtilitas abigit. Non est elegantiæ
tua tam magna sectari. Sicut illud probo, quod omnia ad aliquem profectum
redigis, & tunc tantum offendis, ubi summa subtilitate nihil agitur, quod ne
tunc quidem fieri laborabo. Quaratur, utrum sensu an intellectu comprehendat bonum.
Huic adiunctum est, in multis animalibus & infantibus non esse. Quicquid uoluptate
in summo ponunt, sensibile iudicant bonum, nos contra intelligibile, qui illud animo
damus. Si de bono sensus iudicarent, nullam uoluptatem reiſceremus. Nulla enim non
inuitat, nulla non delectat. Et econtra nulum dolorem uolentes subfremus, nullus enim
non offendit sensum. Praterea non essent digni reprehensione, quibus nimis uoluptas
placet, quibusq[ue] summus est doloris timor. At qui improbamus gula ac libidini deditos
& contemnimus illos qui nihil uiriliter ausuri sunt doloris meru. Quid autem peccant,
si sensibus, id est iudicibus boni ac mali, parent? Iis enim tradidisti appetiones & fugae
arbitrium. Sed uidelicet ratio isti rei proposita est. Illi quemadmodum debeat de uita,
quemadmodum de uirtute, de honesto, sic & de bono maloq[ue] constitui. Nam apud istos
ullissimæ parti datur de meliore sententia, ut de bono pronunciet sensus, obtusa res &
habes, & in homine quam in alijs animalibus tardior. Quod si quis uellet non oculis, sed
tactu minuta discernere, subtilior ad hoc nulla acies quam oculoru[m] & intentior daretur,
bonum malumq[ue] dignoscere. Vides in quanta ignorantia ueritatis uerſetur, & quam hu
mī subtletia ac diuina protecerit. Apud quem de summo bono maloq[ue] iudicat tactus.
Quemadmodum, inquit, omnis scientia atq[ue] ars aliquid debet habere manifestum sen
ſus comprehensum, ex quo oriatur & crescat. Sic beata uita fundamentum & initium
a manifestis dicit, & eo quod sub sensum cadit. Nempe uos a manifestis beatam uitam
sui initium capere dicitis. Dicimus beatam uitam esse, quæ secundum naturū sit. Quid aut
secundū sit, palam & protinus appetat. Sicut quid sit integrū, quod cōtingit protinus na
to, non dico bonū, sed intūm bonū. Tu summi bonum uoluptate infantia donas, ut in
de incipiāt nascent, quo consumat homo puenit. Cacumen radicis loco ponis. Si quis
diceret illum in materno utero facient sexus quoq[ue] incepunt, tenerū, & imperfectum,
& informem, iam in aliquo bono esse, aperte uideretur errare. At quā quantulū interest
inter eum quicquid maxime uitam accipit, & illum qui maternorū uicerum latens mi
nus est. Vt ergo quantum ad intellectum boni ac mali æque maturus est, & non magis
infans ad

infans ad hoc boni capax est, quam arbor, aut mutum aliquid animal. Quare autem bonum in arbore animali, muto non est; quia nec ratio ob hoc infantiae quoque non est, nam & huic deest. Tunc ad bonum perueniet, cum ad ratione peruenierit. Est aliquid irrationalis animalis. Est aliquid nondum rationale. Est rationale, sed imperfectum. In nullo horum bonum ratio illud secum afferit. Quid ergo inter ista qua rettuli distat? Non quod erit bonum in eo quod irrationabile est. In eo quod nondum rationale est, tunc esse bonum non potest, sed imperfectum iam potest bonum, sed non est. Ita dico Lucili, bonum non in quolibet corpore, non in qualibet aetate inuenitur, & tantum abest in infantia, quantum a primo ultimum, quantum ab initio perfectum, ergo nec in tenero modo calefacere corporis est. Quid ni non sit? Non magis quam in semine hoc. Si dicas aliquid aetoris, ac ut sati bonum nouissimus, hoc non est in prima fronde, quae emissa cum maxime sonum rumpit. Est aliquid bonum triticum, hoc nondum est in herba latente, ne dum folliculos erexit spica mollis, sed cum frumentum aetas & debita maturitas coxit. Quemadmodum omnis natura bonum suum nisi consummata non profert. Ita hominis bonum non esse in homine, nisi cum in illo ratio perfecta est. Quod autem hoc bonum dicam, liber animus est ac rectus, alia subiecti, sibi se nulli, hoc bonum adeo non recipit infantia, ut pueritia non speret, adulescentia improbe speret. Bene agitur cum senectute, si illuc longo studio, intento, peruenierit. Si hoc & bonum, & intelligibile est. Dixisti, inquit, aliquid bonum esse aetoris, aliquid herbae. Potest ergo esse aliquid & infantis. Verum bonum nec in arboribus, nec in mutis animalibus est, hoc quod in illis bonum est, predicatione bonum dicitur. Quod est, inquis, hoc quod secundum naturam cuiuscumque est. Bonum autem cadere in mutu animali nullo modo potest, feliciorisque natura est, nisi ubi rationis locus est, bonum non est. Quatuor haec naturae sunt, arboris, animalis, hominis, & dei. Hac duo quae irrationalia sunt, eadem natura habent. Illa diversa sunt, quod alterum immortale, alterum mortale est. Ex his ergo unius bonum natura perfectum, dei scilicet alterius, cura hominis. Cetera tam in sua natura perfecta sunt, non uera perfecta a quibus abest ratio. Hoc enim demum rationalis est, cetera possunt in suo genere perfecta esse. In quo non potest beata uita esse, nec id potest quo beata uita efficitur. Beata autem uita bonis efficitur. In muto animali beata uita non efficitur. In muto animali bonum non est. Mutum animal sensu comprehendit praesentia, praterito & reminiscitur, cum id incidit quos sensus admonet, tanquam quis reminiscitur. Reminiscitur me cum ad initium eius ad motum. In stabulo quidem nullius uita est, quauis saepe calcata memoria est. Tertium uero tempus id est futurum, ad muta non pertinet. Quomodo ergo potest eorum uideri perfecta natura, quibus usus perfecti temporis non est? Tempus enim tribus partibus constat, praterito, praesente, & futuro. Animalibus tantum quod breuissimum est in transuersu datum, praesens, prateriti rara memoria est, nec unquam reuocatur, nisi praesentium cursu. Non potest ergo perfecta natura bonum imperfecta esse natura. Aut si natura habet, hoc habent, quod habent & sata. Nec illud nego ad ea quae uidentur secundum naturam magnos esse mutis animalibus impetus & cōcitos, sed inordinatos ac turbidos. Numquam autem aut inordinatum est bonum, aut turbidum. Quid ergo, inquis? Mutu animalia perturbare & indisposito mouentur. Dicerent illa pturbare & indisposito moueri, si natura illorum ordinem caperet. Nunc mouentur secundum naturam suam. Perturbatum enim id est, quod esse aliquando & non pturbatum potest. Sollicitum est, quod potest esse secundum. Nulli uitium est, nisi cui uirtus potest esse. Mutis animalibus talis ex sua natura motus est. Sed ne te diu teneam, aliquando erit bonum in muto animali, erit aliqua uirtus, erit aliquid perfectum, sed quare, nec bonum abfolire, nec uirtus, nec perfectum. Hac enim rationalibus solis contingunt, quibus datum est sciēre, quare, quatenus, quicquid. Ita bonum in nullo est, nisi in quo ratio. Quomodo tunc pertineat ista disputatio queris, & quid animo tua profutura sit, dico. Et exercet illum & acuit, & utique aliquid actuum occupatione honesta tenet. Prodeft autem & quod moratur ad praua propterantem. Sed illud dico, nullo modo prodesse possum magis, quam si tibi bonum tuum ostendo, si te a mutis animalibus separo, si cu deo pono. Quid, inquam, uires corporis alis &

alii & exercest? Pecudibus istas maiores ferisq natura concessit. Quid excolis formam? Cum omnia feceris, a multis animalibus decore uincitur. Quid capillum ingenti diligētia comis? Cum illum uel effuderis more Parthorum, uel Germanorum modo uinxeris, uel ut Scythas solent, sparseris, in quolibet equo densior iactabitur iuba. Horrebit in leonum ceruice formosior, cu te ad uelocitatem paraueris, par lepusculo non eris. Vis tu relictus in quibus uincit te necesse est, dum in aliena niteris, ad bonum reuerti tuus? Quod hocest? animus scilicet emundatus ac purus, amulator dei, super humana se extollens, nihil extra se sui ponens rationalis animalis. Quod ergo uita bonum est? Perfecta ratio. Hanc tu ad summum finem euoca, in quantum potest plurimum crescere. Tunc beatum esse te iudica, dum tibi gaudium omne nascetur. Cu uisus quae homines eripiunt, optar, custodiunt, nihil inuenieris, non dico quod malis, sed quod uelis. Breuem tibi formula dabo, qua te metaris, qua perfectum esse iam sentias. Tunc habebis tuum bonum, cum in telligies infelicissimos esse felices. Vale.

Libri uicesimsecundi & ultimi epistoliarum finis.

LVCII ANNEI SENECAE DE MUNDI GUBERNATIONE, DIVINA PROVIDENTIA, ET QVALITER MVLTA MALA BONIS VIRIS ACCIDVNT LIBER VNVS.



VAESISTI a me Lucili, quid ita si diuina prouidentia mundus ageretur, multa bonis uiris acciderent mala. Hoc cōmodius in cōtextu operis reddetur, cum praeesse uniuersis prouidentiam, p̄baremus, & interesse nobis deum. Sed quoniam a toto particula reuelli placet, & unam contradictionem manente lite integra sole, faciam rem non difficultem, causam deorum agenti. Superuatum est in praesentia ostendere, non sine aliquo cultode tantum opus stare, nec hunc syderum certum cursum & discursum fortuiti impetus esse, & quae casus incitat saepe turbari, & cito arietare, hanc inoffensam uelociatem procedere aeternae legis imperio, tantum rerum terra marisq gestantem, tantu clausissimum lumen ex dispositione lucentium, non esse materia errantis huc ordinem, neque quae temere coierunt, tanta arte pendere, ut terrarum grauissimum pondus sedeat im motum, & circa se properantis colli fugam spectet, ut infusa uallibus maria moliant terras, nec ullum incrementum fluminis sentiant, ut ex minimis seminibus nascantur ingentia. Nec illa quidem, quae uidentur confusa & incerta, pluuias dico nubesq, & elisorum fluminum iactus, & incendia rupti montium uerticibus effusa, tremores labetis soli, & alia quae tumultuosa pars rerum circa terras mouet, sine ratione, quae subita sint, accidunt. Sed & il la causas habent non minus, quae quae alienis locis cōspecta miracula sunt, ut in medijs fluminibus calentes aqua, & noua insularum in vasto exiliū mari spacia. Iam uero si quis obseruauerit nudari littora pelago in se recessante, eademq intra exiguum tempus operiri, credet certa quadam uolutione modo cōtrahit undas, & introrsum agi, modo erunt, & magno cursu repetere sedem suam, cum ille interius portionibus crescant, & ad horam ac diem subeunt ampliores minoresq, prout illas lunare sydus elicuit, ad cuius arbitrium oceanus exundat, suo ista temporis reseruentur. Eo quidem magis quo tu non dubitas, de prouidentia, sed quaris, in gratiam te reducam cum Dijs. Aduersus optimos optimis sis, nec enim natura patitur, ut unq bona noceant. Inter bonos uiros ac deum amicitia est, conciliante uirtute. Amicitia dico, immo etiam necessitudo & similitudo, quoniam quidem bonus, tempore tantum a deo differt, discipulus eius amulator, & uera progenies, quem parent ille magnificus, uirtutum non lenis exactor, sicut seueri patres, durius educat. Itaque cum uideris bohos uiros acceptosq Dijs, laborare, sudare, per arduum condescendere, malos autem lasciare, & uoluptatis fluere, cogita filiorum nos molestia delectari, uernalularum licentia. Illos disciplina tristiori contineri, alios audacia. Idem tibi de deo liqueat. Bonum uirum in delitijs non habet, Experitur, indurat, sibi illum præparat.

tagam
Vnde potis
simū sumā
tur diuinæ
prudentiæ
ratio.

De sustinendo impetum aduersitatis.

Vare in multa bonis uiris aduersa eveniūt? Nihil accidere bono viro mali pōt. Non miscentur contraria, Quemadmodum tot amnes, tantum superne deie citorum imbrium, tanta mediterraneorum uis fontium non mutant saporem maris, neq; remittunt quidem, Ita aduersarum impetus rerum uiri fortis non uerit animū. Manet in statu, & quicquid evenit, in suum colorem trahit. Est enim omnibus externis potentior, nec hoc dico. Non sentit illa, sed uincit. Et alioquin quietus placidusq; contra incurrentia attollitur. Omnia aduersa exercitationes pūtat, quis autem uir modo erectus ad honesta, non est laboris appetens iusti, & ad officia cum periculo promptus? Cui non industrio oculum poena est. Athletas uideamus, quibus uirium cura est, cum fortissimis quibuscumq; configere, & exigere ab his, per quos certamini præparantur, ut totis contra ipsos uiribus utantur, cædi uexariq; patiunt, & si nō inueniunt singulos pares, pluribus simul obiiciuntur. Marcer sine aduersario uirtus. Tunc apparet quanta sit, quantumcunq; ualeat, polleatq; cum quid possit patientia, ostendit. Scias licet idē uiris bonis esse faciendū, ut dura ac difficulta non formident, nec de fato querantur. Quicquid accidit, boni consulant, in bonum uertant. Non quid, sed quemadmodum feras, interest. Non uides quanto alter patres, alter matres indulgent. Illi ex ericitarib; iubent liberos ad studia obeunda mature, feriatis quoq; diebus nō patiunt esse ociosos, & sudore illis & interdum lachrymæ excutunt. At matres souere in sinu, con tinere umbra uolunt. Nunq; flere, nunq; contristari, nunq; laborare. Paternum deus habet aduersus bonos uiros animū, & illos fortius amat, & operibus, doloribus, a damnis exagit, ut uerum colligant robur. Languent per inertiam saginata, nec labore tantum, sed t̄ motu, & ipso sui onere deficiunt. Non fert illum iustum illa sa felicitas. At ubi assidua fuit, cum incomodis suis rixa, callum per iniurias duxit, nec ulli malo cedit, sed etiā si succiderit, de genu pugnat. Miraris tu, si deus ille bonorum amantis simus, qui illos q̄ optimos atq; excellentes uult, fortunam illis cum qua exerceatur assignat? Ego uero nō miror, si aliquando impetum capiunt. Spectant Dñi magnos uiros colluctantes cum ali qua calamitate. Nobis interdum uoluptati est, si adolescentis constantis animi irruentem feram uenabulo excipit, si leonis incursum interritus pertulit, tantoq; spectaculu est gratius, quanto id honestius fecit. Non sunt ista qua possum deorum in se vultum conuertere. Sed puerilia & oblectamenta humana leuitatis. Ecce spectaculum dignū, ad quod respiciat intentus operi suo deus. Ecce par deo dignum. Vir fortis cum mala fortuna cō politus, utiq; si & prouocauit. Nō uideo inquam quid habeat in terris, Iuppiter pulchritus, si cōuertere animū uelit, q̄ ut spectet Catonē iam partibus, nō semel fractis stante, nī bilominus inter ruinas publicas erectum. Licet, inquit, omnia in unius conditionem cōcesserint, custodiuntur legionibus terra, classibus maria, & Casarianus portas miles obli deat. Cato qua exeat habet. Vna manus latam libertatem nostram faciet. Ferrum istud in ciuili bello purum & innoxium, bonas tandem ac nobiles edet operas. Libertate quā patriæ nō potuit dare, Catoni dabit. Aggredere anime diu meditatum opus, eripe te rebus humanis. Iam patriæ uis & iulia corrueunt, iacentq; alterius manu cæsi, fortis & egregia fati contentio, sed quā non deceat magnitudinem nostram. Tā turpe est Catoni mortem ab ullo petere, q̄ uitam, liquet mihi cum magno spectaculo gaudio deos. Quoniam ille uir acerrimus sui uindex, aliena saluti consult, & instruit discedentium fugam, dum etiam studia nocte ultima tractat, dum gladium sacro pectori insigit, dum uicera spargit, & illam sanctissimam animā indignamq; quā ferro contumaretur, manus educit. Inde crediderim fuisse parum certum & ineficax uulnus, non fuit Dīs mortibus satis spectare Catonem semel, retenta ac reuocata uirtus est, ut in difficultiori parte se ostenderet. Non enim tam magno animo mors immittitur, q̄ repetitur. Quid nō libenter spectarent alumnū suū tam claro ac memorabilis exitu euadentem? Mors illos cōsiderat,

quorum exitum etiam qui timent, laudant.
S Ed iam procedente oratione ostendam, q̄ non sunt qua uidentur mala, nunc illud dico. Ista quā tu uocas aspera, quā aduersa & abomināda. Primum pro ipsis esse, quibus accidunt. Deinde pro uniuersis, quorum maior Dīs cura est, q̄ singulorū.

Post hanc

Post hanc nolentibus accidere, eos dignos mali esse, si nolint. His adjiciam, fato ista sic esse, recte eadem lege nobis evenient, q̄ sunt boni, persuadebo deinde tibi, ne unq; boni uiri miserearis, potest enim miser dici, non potest esse. Difficillimū ex omnibus quæ pro posui uidetur pro ipsis esse, quibus eveniūt ista quæ horremus ac tremimus. Pro ipsis est inquit, in exilium proīci, in egestatem deduci liberos, coniugem, hac ferre, ignominia affici, debilitari, si miraris hoc, p aliquo esse, miraberis quosdam ferro & igne curari, nec minus fame ac siti. Sed si cogitaueris tecum, remedij causa quibusdam & radi ossa, & laedi, & extrahi uenas, & quedam amputari membra, quæ sine totius pernicie corporis hætere nō poterant, hoc itaq; patieris, probari tibi quedam incōmoda pro his esse, quibus accidunt. Tam mehercules q̄ quædam quæ laudantur, atq; appetuntur contra eos esse, quos dele stauerunt, simillima cruditatibus, ebrietatisbusq; & ceteris quæ necant per uoluptatem. Inter multa magnifica Demetrii nostri & haec uox est. A qua recens sum, sonat adhuc & vibrat in auribus meis. Nihil, inquit, mihi uidetur infelicis eo, cui nihil unq; aliquid evenit aduersi. Non licuit enim illi le experiri, ubi ex uoto illi fluxerit omnia, ut ante uotum, male tamen de illo Dī iudicauerunt. Indignus uisus est, a quo uinceretur aliquando fortuna, quæ ignauissimum quæq; refugit. Quasi dicat, Quid ego istū aduersarium mihi assūmam? statim arma submittet. Non opus est in illum tota patientia mea, leui cōminatione pelletur. Non potest sustinere uultum meum. Alius enim conspicit, cum quo conserue possimus manum, pudet congregi cum homine uinci parato. Ignominiam iudicat gladiator cum inferiore componi, & scit eum sine gloria uinci, qui sine perilo uincitur. Idem facit fortuna, fortissimos sibi pares querit, quosdam fastidio transit. Cōtumacissimum quæq; & rectissimum aggreditur, aduersus quem suam uim intēdat. Ignēq; experitur in Mutio, paupertatem in Fabritio, exilium in Rutilio, tormenta in Regulo, uenenum in Socrate. Magnum exemplum, nisi mala fortuna, non inuenit. Infelix est Milti, quod dexter ignes hostium premit, & ipse a se exigit erroris sui poenas, quod Regem quem armata manu non potuit, exulta fugat. Quid ergo, felicior es, si in sinu amica fouveret manum? Infelix est Fabritius, quod rus suum, quātum a. R.P. uacauit, fodit, quod bellum tam cum Pyrrho, q̄ cum diuītij gerit, quod ad focum coenat illas ipsas radices, & herbas, quas in agro triumphalis senex euuluit. Quid ergo felicior es, si in uentre suum longinquū littoris pisces, & peregrina aucupia congereret? Si cōchylijs supēri atq; inferi maris pigrīcia stomachi nauentis exigeret? Si ingenti pomorū strue cōgeretur? Prima forma feras captas multa caede uenientium. Infelix est Rutilius, quod qui illum damnauerūt, causam dicent omnibus sacerdos, quod aquore animo passus est se patræ eripi, q̄ sibi exilium, quod Sylla dictatori solus aliquid negauit, & reuocatus nō tantum retro cœsifit, sed longius fugit, uiderint, inquit, hoc isti, quos Roma deprehendit felicitas tua. Videlicet largum in foro sanguinem, & supra seruiliū lacum (Id enim proscriptionis spoliariū est) senatorum capita, & paſsim uagations per urbem, percussorum greges, & multa milia ciuium Romanorum uno loco post fidem, inimico per ipsam fidem trucidata. Videant ista, qui exulare non possunt. Quid ergo felix est Lucius Syl, quod illi descendenti ad forum t̄ gladiis submouetur, quod capiti consularium uitrorum patitur ostendi, & precium cadi p questorem ac tabulas publicas numerat, & hæc omnia facit ille, qui legem Corneliam tulit. Veniamus ad Regulum, quid illi fortuna no cuit? quod illum documentum fidei, documentum patientia fecit? ligūt cutem clavi, & quocunq; fatigatum corpus reclinauit, uulnere incumbit, & in perpetuam uigilā suspeſi fa sunt lumina. Quanto plus tormenta, plus erit gloria. Vis scire, q̄ nō poeniteat hoc prelio astimasse uirtutem? refice tu illum, & mitte in senatum, eandem sententiam dicet. Felicior ergo tu Meconatem putas, cui amoribus anxiæ & morofæ uxoris quotidiana repudia deflenti, somnus per symphoniarum cantum ex longinquō leue resonantiū quætitur. Mero se licet sopiait, & aquarum fragoribus auocet, & mille uoluptatibus mentem anxiā fallat, tam uigilauit in pluma, q̄ ille in cruce. Sed illi solatium est pro honesto dura tolerare, & ad cauālū a patientia respicit. Hunc uoluptatibus marcidum, & felicitate nimia laborantem, magis his que patitur uexat causa patendi. Non uicq; eo in possessionem generis humani uitia uenerūt, ut dubium sit, an electione fati data, plures Reguli nasci

Egregia
Demetrii
sententia.

Fortuna cōtra fortissimos,

*

Ait gladio

Meconate
ubiq; tanq;
mollem in/
fectatur.

I 2 guli nasci

guli nasci q̄ Meccenates uelint. Aut si quis fuerit, qui audeat dicere Meccenate se q̄ Re/ gulum nasci maluisse. Idem iste, taceat licet, nasci te Terentiam maluit. Male tentatū So/ cratem iudicas, quod illam potionem publice mixtam, non aliter q̄ medicamentū imor/ talitatis abduxit, & de morte disputauit usq; ad ipsam. Male cum illo actum est, conge/ latus est sanguis, ac paulatim frigore inducto uenarum uigor constituit. Quanto magis/ huic inuidendum est, q̄ illis quibus gēma ministratur. Quibus exoletus omnia pati dor/ cus exacte uirilitatis, haud dubiaz suspensam auro niue diluit. Hi quicquid biberint uo/ mitu remittunt tristes, & bilem suam regustantes. At ille uenenum latu & libens hau/ riet. Quod ad Catonem pertinet, sat is dictum est, suamq; illi felicitatem contigisse con/ sensus hominū fatebitur. Quem sibi rerum natura delegit, cum quo metuenda collide/ ret, inimicitia potentum graues sunt, opponatur simul Pompeio, Caſari & Crasso. Gra/ ue est a deterioribus honore anteiri. Vatinio post feratur. Graue est ciuilibus bellis in/ teresse, toto terrarum orbe pro causa bona tā infelicitas q̄ pertinaciter militet. Graue est/ sibi manus afferre, faciat. Quid per hoc consequar, ut omnes sciant non esse hac mala, q/ bus ego dignum Catonem putau.

De prosperitate.

Quid pro/ priū sit ma/ gni utri.

Haud tem/ re ad uirtu/ tē puenit, q/ nihil mali/ culta.

Miseri sunt/ felices.

PRospera in plābem ac uilia ingenia deuenient. At calamites terroresq; mor/ talium sub iugum mittere, proprium magni uiri est. Semper uero esse felicem, & sine moratu animi transire uitam, ignorare est rerum natura alteram partem. Magnus es uir, sed unde scio? si tibi fortuna non dat facultatem exhibenda uir/ tutis. Descendisti ad olympia, sed nemo prater te, uictoriani non habes, olympiā coro/ nam habes. Non gratular tanq; uiro forti, sed tanq; consulatum prætaram adepto, ho/ nor auctus es. Idem dicere & bono uiro possum, fed illi nullam occasione difficultior ca/ sus dedit, in qua una uīni sui animi ostenderet. Miserum te iudico, quod nō fuisti miser, transisti sine aduersaria uitam. Nemo sciet, quid potueris, nec tu quidem ipse. Opus est enim ad noticiam sui experimento, quod quidem quis posset, nisi tentando didicist. Ita/ q; quidam ultro se cessantibus malis obtulerint, & uirtuti iter in occasione per quam enitecerent, quiescerent. Gaudent, inquit, magni uiri aliquando rebus aduersis, non ali/ ter q̄ fortes milites belli, triumpho. Ego Murmilionem sub, C. Caſare de raritate mu/ nerum audiui quererem. Quam bella, inquit, etas perit. Auida est periculi uirtus, & quo/ tendat non quid passura sit, cogitat. Quoniam & quod passura est, gloria pars est. Mil/ itares uiri gloriatur uulnibus, lati fluentem meliori casu sanguinem ostentant. Idem li/ cet fecerint, qui integrū reuertitur ex acie, magis spectatur, qui fauciis redit. Ipsis inquā deus consultū, quos esse q̄ honestissimos cupit, quoties illis materiam præbet aliquid ani/ moſe fortiterq; faciendi. Ad quam rem opus est aliqua rerum difficultate. Gubernatore ī tempestate, ī acie militem intelligas. Vnde possum scire, quantum aduersus pauper/ tam tibi animi sit, si diuitijs diffisi. Vnde possum scire quantum aduersus ignominia/ & infamiam, odiumq; populae constantia habeas, si inter plausus senescis, si te inexpli/ gnabilis, & inclinatione quadam mentium p̄nus, fauor sequitur. Vnde scio q̄ aquo ani/ mo latus sis orbitatū filiorum, si quoſcunq; sustulisti uides? Audiuit te, cum alios con/ solareris, tunc conspexissem, si te ipse cōſolatus es, si te ipse dolere uetusſiles. Nolite ob/ fecro uos expaueſere ifſa, qua Dī immortales uelut stimulos admovent animis. Cala/ mitas uirtutis occasio est. Illos merito quis dixerit miseris, qui nimia felicitate torpescit, quoſ uelut in mari lento tranquillitas itineris detinet. Quicquid illis inciderit, noui u/ niet. Magis urgent farua inexpertos. Graue est ferre cerubibus iugum, ad suspensionem uulniferis tyro paleſcit, audacter ueteranus cruentum suum speciat, qui scit se ſæpe uicis/ fe poſt ſanguinem. Hos itaq; deus, quos p̄bat, quos amat, indurat, recognoscit, exercet. Eos autem quibus indulgere uidetur, quibus parcere, molles uenturis malis ſeruat. Erra/ tis enim si quem iudicatis exceptū. Sed ueniet ad illum diu felicem ſua portio. Quisq; uidetur dimiſlus eſſe, dilatus eſſe. Quare deus optimum quēq; aut mala ualitudine, aut luctu, aut incomodis afficit. Quare in caſris quoq; periculosa fortissimis imperantur, dux lectissimos mittit, qui noſturnis hostes aggrediantur inſidijs. Aut explorent iter, aut praſidium loco deſciant. Nemo eorum qui exēunt dicit, male de me imperator me/ tuit, ſed

uit, ſed bene iudicauit. Idem dicant quicquid iubentur pati, timidis ignauisq; flebilis. Di/ gni uisi ſumus deo, in quibus experietur, quātum humana natura poſſet pati. Fugite de/ litias, fugite eneruatam felicitatem, quam animi pertimeſunt, & nifi aliiquid interuenit quod humana fortis admoneat, uelut perpetua ebrietate ſopiti. Quem ſpecularia ſemp/ a flatu uindicarunt, cuius pedes inter fomenta ſubinde mutata teperuerunt, cuius coena / tiones ſubditus & parietibus circumfuluis calor temperauit, huncleuis aura non ſine periculo stringit. Cum omnia qua exceſſerint modum noceant, periculoflitta felicitas intemperantia eſt. Mouet cerebrum in uarias mentes, & imagines euocat, multum in ter ſallum ac uerum medie caliginis ſudit. Quid n̄ id ſatiuſ ſit, perpetuam infelicitatem qua aduocat ad uitium, ſuſtinet, q̄ infinitis arti inmodicis bonis rumpi. Leutor ie/ ſiūo mors eſt, cruditate diffiliunt. Hanc itaq; rationem Dī ſequitur in bonis uiris, qua/ in diſcipulis ſuis praeceptores, qui plus laborib; ab his exigunt, in quibus certior ſpes eſt. Nunquid tu inuiſos eſſe Lacedaemonijs liberos ſuos credis, quorū experient in do/ lem publice uerberibus admotis? Ipsi illos patres adhortantur, ut iuctus flagellorum forti/ ter perferant, & laceros ac ſemianimes rogam, perfeuerent uulnera prabere uulnibus. Quid mirum, ſi dure generolos ſpiritus deus tentat? Nunquam uirtus molle documen/ tum eſt, uerberat nos & lacerat fortuna. Patimur. Non eſt ſauita. Certamen eſt, quo fa/ pius adterimus, fortiores erimus. Solidiflitta pars eſt corporis, quam freques ulus agi/ tauit. Præbendi fortuna ſumus, ut cōtra illam ab ipfa duremus. Paulatim nos ſibi pares faciat. Contemptum periculorum affiditas perclitandi dabit. Sic ſunt naufica corpora ferendo mari dura. Agricolis manus trita. Ad excutēda tela militares lacerti ualeat. Agi/ lia ſunt membra cursoribus. Id in quoq; ſolidiflittum eſt, quod exercuit. Ad contemne/ dam malorum potentiam, animus patientia peruenit. Qua quid in nobis efficere poſſit ſcieſ, ſi asperxiſ quantum nationibus nudis & inopia fortioribus, labor preſtet. Omes eſſe uulnera gentium occuſat, perpetua illos hys, triste colum premit. Maligne ſolum ſterile ſuſtentat, imbreui culmo aut fronde defendunt, ſuper durata glacie flagra pro/ ſultant, in alimentum feras captant. Miferi tibi uidentur. Nihil miserum eſt, quod in na/ turam conſuetudo produxit. Paulatim enim uoluptati ſunt, qua necessitate coepereunt. Nulla illis domicilia, nullæq; ſedes ſunt, niſi quas laſſitudi in diē poſuit. Vilis, & hic qua/ rendus manu uictus, horreda iniquitas coeli, inecta corpora, hoc quod tibi calamitas ui/ detur, tot gentium uita eſt, quid mirariſ bonos uiros, ut conſirmentur concuti! Non eſt arbor ſolida nec fortiſ, niſi in quam frequens uentus incurſat, ipfa enim uexatione con/ ſtrigunt, & radices certius ſigil, fragiles ſunt, qua in aprica ualle creuerunt. Pro ipſis ergo bonis uiris eſt, ut eſte interriti poſſint, multū inter formidolosa uerſari, & aequo ani/ mo ferre que non ſunt mala, niſi male ſuſtentati.

ADice nunc, quod pro omnibus eſt optimum, quemq; (ut ita dicam) militare, & edere operas. Hoc eſt propositum deo, ſapienti uiro oſtendere, haec qua uul/ gus appetit, qua reformidat, nec bona eſſe nec mala. Apparebunt autem bona eſſe, ſi illa non niſi bonis uiris tribuerit, & mala eſſe, ſi malis tantum irrogauerit. Detestabilis erit caccias, ſi nemo oculos perdiuerit, niſi cui eruerdi ſunt. Itaq; careant lu/ ce Appius & Metellus. Non ſunt diuitiae bonum. Itaq; habeat illas & Ellius leno, ut ho/ mines pecuniam cum in templis conſecrauerint, uideant & in fornicē. Nullo modo ma/ gis potest deus concupita traducere, q̄ illa ad turpissimos defert, ab optimis abigit. At iniquum eſt bonum uirum delitari, aut confringi, aut alligari, malos integris corpori/ bus ſolutoſ ac delicatoſ incedere. Quid porro, non eſt iniquum, fortes arma ſumere, & in caſtris pernoctare, & pro uallo obligatiſ ſtare uulnibus. Interim in urbe ſecuros eſ/ ſe præciosiſ & professoſ impudicitiam. Quid porro, non eſt iniquum nobiliflitta uirgi/ nes ad ſacra facienda noſtibus excitari. Altissimo ſomno iniquatas fruit. Labor optimos citat. Senatus per totum diem conſuluit ſaep, cum illo tempore uilissimus quicq; aut in campo oculum ſuum oblietet, aut in pompa lateat, aut tempus in aliquo circulo terat. Idē in hac re magna publica fit, boni uiri laborant, impediuntur. Volentes quidem, non tra/ hantur a fortuna, ſed ſequuntur illam, & aequo gradu ſiſciſſent, antecelſſent. Hac quo/ q; animo

Ellius lene

Male de/ Germanis/ ſentit, cum ſimus de/ catiflitta.

Imarcſeſtū/ Alt. māde/ ſcī, & hoc/ magis pla/ cer.

Cōſuetudo/ Lacedaemoni/ orū in p/ bāda indo/ le liberorū

Alt. diffiſſe

Demetrii
memorar/
da sententia.

Fatum de
non mutat:

Ouidi⁹ li. 2
metamorpho-
sis.

Plerūq; in/
felicissimi fe-
lices existi-
enatur.

cepit in solam Demetrii fortissimi uiri vocem audisse me memini. Hoc unum, inquit. Dii immortales queri possum, quod non ante mihi uoluptatem uestram notam fecisti. Pri or enim ad ista uenisse, ad qua nunc uocatus assum. Vultis liberos sumere, illos uobis offero. Vultis aliquam partem corporis, sumite. Non magnam rem promitto, cito totū reliquam. Vultis spiritum? Quid nin nullam moram faciam, quo minus recipias quod deditis. A uolente seretis, quicquid peteritis. Quid ergo est? maluissem offerre quod tradere. Quid opus fuit auferre? accipere potuistis, sed ne nunc quidem auferetis. Quia non hab eripitur, nisi retineti. Nihil cogor, nihil patior inuitus, nec seruio deo, sed assentio. Eo quidem magis quo scio omnia certa, & in aeternum dicta lege decurrere. Fata nos ducit & quantum cuius temporis restet, prima nascentium hora dispositum. Causa prodet ex causa, priuata ac publica, longus ordo rerum trahit. Ideo fortiter omne faciendum est. Quia non (ut putamus) incidunt cuncta, sed tenuiunt. Olim constitutum est, quid gaudeas, quid fleas, & qui quis magna uideatur varietate singulorum uita distingui, summa in unus uenit. Accepimus peritura perituri. Quid ita indignamur? quid querimur? Ad hoc parati sumus. Utatur ut uile, suis natura corporibus. Nos lati ad omnia & fortis cogitemus, nihil periire de nostro. Quid est boni uiri? prabere se fato. Grande solium est eti uniuerso rapi. Quid est quod nos si vivere, sic mori iussit? eadem necessitate & deos alligat, reuocabilis humana pariter ac diuina cursus uehit. Ille ipse omnium coditor ac rector scripsit quidem fata, sed sequitur. Semper paret, Ilem iussit. Quare tamē deus tam iniquus in distributione fati fuit, ut bonus uiris paupertatem, uulnera, & acerba funera abseret. Non potest artifex mutare materiam. Hac prosa est. Quadam separari quibusdam non possunt, cohaerent, individua sunt, languida ingenia, & in somnum itura, aut in vigiliam somno simillimā, inertibus nocturnis elementis, ut efficiatur uir, cum cura dicendus, fortiore fato opus est. Non erit illi planum iter, sursum oportet ac deorsum ead, fluctuer ac nauigium in turbido regat. Contra fortunam illi tenendus est cursus. Multa accidentia, alpa, qua mollient & complanent. Ipse ignis aurum probat, miseria fortis uiros. Vis de quod alte le extendere debeat uirtus, sciens illi non per secura uadendum esse. Ardua prima uia est, & qua uix mane recetes. Enitan equi, medio est altissima coelo. Vnde mare & terras ipsi mihi sapienti uidere. Fit timor, & pauida trepidat formidine pectus. Vltima, prona uia est, & eget moderamine certo. Tunc etiā que me subiectis excipit undis, Ne ferar in praecips Thetis solet ipsa uereri. Haec cum audisset ille generosus adolescentes, placet, inquit, uia. Acedo. Est tanti grau*s* ista ire casu*r*. Non desinit animu*m* metu territare. Vt qui uia teneas, nullo*q* errore trahearis. Per tamē aduersi gradieris cornuta tauri, Hammonios*q* arcus, uiolent*q* ora leonis. Post hac ait, Finge datos currus, His quibus deterretri me putas, incitor. Liber illic stare, ubi ipse fol trepidat, humili*q* & inertis est tutu secare, per alta uirtus est.

Vare tamen bonis uiris patitur aliud mali deus fieri? Ille uero non patitur. Omnia mala ab illis remouit, sceler*q* & flagitia*q*, & cogitationes improbas, & audi da consilia, & libidinem conc*u*cam, & alieno imminentem auaritiam. Ipsos tue tur ac uendicat. Nunquid haec quo*q* a deo aliquis exigit, ut bonorum uiorum etiam sarcinas seruer*q*? Remittunt ipsi hanc deo curam, externa contēnunt. Democritus diuinitas proiec*t*, onus illas bona mentis existimans. Quid ergo miraris, si id deus bono accidere patitur, quod uir bonus aliquando uult sibi accidere? Filios amittit uiri boni, quid nin, cum aliquando & occidant*q* in exilium mittuntur. Quid nin, cum aliquando ipsi patriam non repetituri relinquunt*q*? Occiduntur. Quid nin, cum aliquando ipsi sibi manus afferant*q*, qui etiam quædam dura patientur, ut alios pati doceant*q*? Nati sunt in exemplar. Putti itaque deum dicere, Quid habet*q*, quod de me queri possit*q* uos, quibus recta placuerunt. Alijs bona falsa circu*d*edi, & animos inanes, uelut longo fallaci*q* somnio lusi. Auro illos, argento, & ebore adornaui*q*, intus boni nihil est. Ipsi quos profectib*q* aspic*it*, si non qua currunt, sed qua latent uideritis, miseris sunt, sordidi, turpes, ad similitudinem parietum suorum extrinsecus culti. Non est ista solida & sincera felicitas, crux est, & quidem tenuis. Itaque dum illis licet stare, & ad arbitrium suum ostendi, nitet & imponunt. Cum aliquid inciderit, quod distractum detegat, tunc appareat quantum alta ac

alta ac uerae foeditatis alienus splendor absconderit. Vobis d*e* bona certa, measiura, quai*to* magis uerauerit*is*, & undic*q* infixerit*is*, meliora majora*q* permis*is* uobis, metuenda cōtemnere, cupiditates fastidire. Non fulgetis extrinsecus, Bona uestra introrsus obuert*is* fa*ctu*s. Sic mundus exteriora contemplat*is* spectaculo sui latu*s*. Iuitus omne posuit bonu*m*. Non egere felicitate, felicitas uestra est. At multa incidunt tristia, horrenda, dura, toleratu*m*, quia non poteram uos istis subducere, animos uestrorum aduerter*is* omnia armari. Ferte fortiter, hoc est, quo deum antecedat*is*. Ille extra patientiam malorum est, nos supra patientiam. Contemnit paupertatem. Nemo tam pauper uiuit*q*, natus est. Contemnit dolorem, quia aut soluet*q*, aut soluet*q*. Contemnit fortunam, Nullum illi telu*m* quo fere*re* animu*m*, dedi. Ante omnia curau*m*, ne quis uos teneret inuitos. Patet exitus. Si pugna*re* non uult*is*, licet fugere. Ideo*q* ex omnibus rebus, quas es*is* uobis nece*ss*aris uolu*m*, nihil feci facili*s*, qui mori. Prono animam loco posui, Trahitur. Attende*re* modo, & videbis*is* qui brevis ad libertatem, & qui expedita ducat*is* uia. Non tam longas in exitu uobis qui intantibus moras posui*is*, alioqui magnum in uos regnum fortuna tenuisset*is*, si homo tare de moreretur, qui nascitur. Omne tempus, omnis uos locus doceat*is*, qui facile sit renunciare natura*q* & munus suum illi impingere. Inter ipsa altaria & solenes sacrificantium ritus, dum optatur uita, mortem codiscit*is*, corpora opima taurorum exiguo concidunt uulnere, & magnarum uiuirum animalia humana manus interūlū impulit, tenui ferro cōmiflora ceru*s* abrumpit*is*, & cum articulus ille, qui caput collum*q* cōmittit*is*, incisus est, trat*is* illi molles corruit*is*. Non in alto latet sp̄ritus, nec utique ferri eruendus est. Non sunt uulnere impresso scrutanda præcordia*is*. In proximo mors est. Non certum ad hos interūlū destinau*m* lo*cu*m. Quacunque uia paruum est*is*. Ipsum illud quod uocatur mori, quo ania discedit*is* a corpore brevius est*is*, qui sentiri tanta uelocitas possit*is*, siue fauces nodus elis*is*, siue sp̄iramētum aqua præclus*is*, siue corpus lapsum subiacentis soli duricia comminuit*is*, siue haustus ignis cursum anime remeant*is* interscidit*is*. Quicquid est properat. Equis*q* erubescit*is*, quod tam cito sit*is*, timet*is* diu*m*.

Libri de diuina prouidentia finis.

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM DE PAUPERATATE LIBER VNVS.



ONESTA, inquit Epicurus, res est paupertas leta. Illa uero non ist paupertas est, si est leta. Qui cum paupertate bene cōuenit, diues est. Non qui parum habet*is*, sed qui plura cupit*is*, pauper est. Quid enim refert quantum illi in arca, quantum in horreis lateat*is*, quantum pascat aut foeneretur*is*. Si alieno imminet*is*, si non acquisita*is*, sed acquirendā concupiscit*is*. Quid sit modus diuinitarum, quaris*is*. Primo habere quod necesse est*is*, Secundo quod satis est*is*. Nulli pro se cura uita contingere*is*, qui de re produc*it*a nimis cogitat*is*. Nullum bonū adiuuat habent*is*, nisi ad cuius amissionem præparatus est animus. Magna diuinitas sunt lege nature composta paupertas. Lex autē natura scis, quos terminos nobis statuit*is*. Non eluirer*is*, non sitire*is*, non algere*is*. Non est necesse sup*bi*s assidere luminibus*is*, non est necesse maria tēpestare*is*, nec castra sequi*is*, facile est quod natura desyderat*is* & apposit*is*, ad sup*bi*ca sudat*is*. Illa sunt quæ togā gerunt*is*, quæ nos senectere cogunt*is*, quæ in aliena littora impingunt*is*, ad manu*m* est quod fatis est*is*. Qui cum paupertate bene conuenit*is*, diues est*is*. Modus quid*q* honesta continent*is*, si alio*u* si non uidentur amplissima*is*, licet totius mundi dominus sit miser est*is*. Miser est*is*, qui se beatissimū non iudicat*is*, licet toti mūdo imperet*is*. Non hil humanus*is*, qui pro cui magnō emolumēto insidiantis eripi nihil potest*is*, qui minimū in corpore tuo sit spoliorum*is*. Nemo ad humanū sanguinem uenit*is* propter ipsum uel admodum pauci*is*. Nudum latro transmittit*is*, etiam in obessa pauperi uia pax est*is*. Is maxime diu*it* afflit*is*, qui minime diu*it* afflit*is* indiget*is*. Si ad naturam uiues, nun*q*ris pauper*is*. Si ad opinionem, nun*q*ris diues*is*. Exiguum natura desyderat*is*, immensum opinio*is*. Si congeratur ita te quicquid multi locupletes possiderunt*is*. Si ultra priuatum pecuniae modum fortuna te prouehat*is*, auro tegat*is*, purpura uestat*is*, eo delitiat*is* opum*is* perduc*it*, ut terra marmoribus abscondas*is*, non tantum liceat habere*is*, sed calcare diuinitas*is*. Accedat statua*is* & pi-

14 Etura

Alt pron*ta*

Variorum
arum
remedium.

cupienda

Curae, & quicquid ars ulla. Jururia, auro & argento elaborauit, maiora capere ab his disces. Defyderia naturalia finita sunt, ex falsa opinione nascentia, ubi desinant non erit. Nullus enim terminus falso est, ueritati aliquid extremum est. Error immensus est. Retrahe te ergo a uanis, & cum uoles scire an naturale, an uanam habeas cupiditatem, confide ra non aliebi confistere. Si longe progresio semper aliquid longius restat, sicut id naturale non esse. Paupertas expedita est, cum secura est. Cum classis cecinit, sic non se peti cum aliquo conclamatum est, quomodo exeat, non quid eferat, querit. Aut cum nauis gaudium est, non strepitu portus, non unius comitatu inquietia sunt litora. Non circumstat illum turba hominum, ad quos pascendos transmarinarum regionum optanda est fertilitas. Facile est pascere paucos uentres, & nihil aliud defuderates, q̄ impleri. Paruo fames constat, magno fastidio. Paupertas contenta est defuderis instantibus satisfacere. Satis diues est, qui licet habeat diuitias, eas tamen ut tangentes habet. Quid ergo est, quare recuses eam cōtuberalem, cuius mores sanus diues imitantur? Si uis uacare animo, ut pauper sis optes, aut pauperi similis. Non potest studiū salutare fieri sine frugalitatis cura. Frugalitas paupertas uoluntaria est. Perpetui sunt multi in opiam hominum reges, uixerunt Barbari radibus, & dictu foedam tuluerunt famam. Hac omnia passi sunt pro regno, quo magis mireris, alieno. Rebus in aduersis facile est cōtemnere uitam. Fortius ille facit, qui miser esse potest. Dubitabit alius ferre paupertatem, ut animū a furoribus liberet. Multas diuitias parasse, non finis miseriarum fuit, sed mutatio. Non in rebus uitium, sed in animo ipso est. Istud quod paupertate graue nobis fecerat, & diuitias graues fecit. Quemadmodum nihil refert utrum agrum in lecto ligneo aut in aureo colloces, quo cunctū illum transtuleris morbum suum secum affert, uel transfert. Sic nihil refert utrum aeger animus in diuitiis uel in paupertate sit. Malum suum illum sequitur, ad fecunditatē non est opus fortuna, licet irata. Quivis ēm necessitatī satis est. Ne imparatos nos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. Seruus diuitias erimus, si sciemus q̄ non sit graue pauperes esse. Incipe cum paupertate habere cōmerciū. Aude opes cōtempnere, & te quoq̄ sime dignum domini. Nemo aliis dignus deo est, nisi qui opes cōtempnit. Quare possestiones tibi non interdicō, sed effugere uolo, ut illos intrepide possides. Quo uno conqueriris modo, si te etiam sine illis bene uicturum speraueris, & id tibi p̄suferis, illas tanq̄ exituras, amplecti semper. Discedat quisquis non te, sed alii diuitias sequebatur. Ad hoc unum est amanda paupertas, quod a quibus ameris, ostēdat. Multum est non corrumpi diuitiarum contubernio. Magnus ille est, qui in diuitiis pauper est. Nemo nascitur diues. Quisquis exit in lucem, uisus est pane & lacte esse contentus. Ab his initiis regna nos capiunt. Panem & aquam natura defuderat. Nemo haec pauper est. Item si quis defuderis suū clausit, cum ipso loue de felicitate contendat. Diuitias sunt magnae ad legem, nec composta paupertas. Res iniqua felicitas est, ipsa se exagit, mouet crebrum, non in uno graue. Alios in alium irritat, alios in potētiā, illos in flat, alios mollit. Si uis scire quod nihil malū sit in paupertate, compara inter se multū pauperes & diuitias. Sapientia pauper & fidelis ridet, nulla sollicitudine concutit, in alto est. Cura uelut nubes leuis transt. Horum, qui felices vocantur, hilaritas ficta est, hic enim grauis & sub purpura lucet, non palā tristitia est, eo quidē grauior, q̄ interdū non licet palam esse miseris, sed inter arumnas cor iplum exedentes, necesse est latere felicem. Abstrahunt a recto diuitiae, honores, potentiae & catera, qua opinione hominū cara sunt, p̄cio suo uilia. Necfimū astimare res de quibus non est fama. Sed cum rerum natura liberandū est. Nihil habet ista magnificū, q̄ mentes nostras in se trahat, præter hoc quod mirari illa consueuimus. Non enim quia concupiscenda illa laudantur, sed quia laudanda sunt, concupiscuntur. Hanc precedentem cauam habent diuitiae. Inflant animos, superbiā & arrogantiā pariunt. Inuidiam trahunt, eo usq̄ mente alienant, ut fama pecunia nos etiam nocitura delectet. Bona omnia culpa carere decet, pura sunt hæc, non corruptiū animos, non sollicitant, extollunt quidem animos & delectant, sed sine timore. Qua bona sunt, fiducia faciunt, diuitiae audaciā. Qua bona sunt, magnitudinem animi dant, diuitiae insolentiam.

Libri de paupertate finis.

LVCII ANNEI SENECÆ AD GALIONEM DE REMEDIIS.
FORTVITORVM. Est oratio per dialogum sensus & rationis.



ICET cunctorum poetarum carmina gremium tuum semper illustrant, aliquando deliberans, hoc tibi opusculum pro accidentibus calibus dirigere curauit. Quod non præcedētes, sed posteri narrabunt. Vnde ergo primum incipimus, si tibi uidetur, a morte. Ab ultimo inquis, immo a maximo. Ad hoc præcipue ḡes humana cōtremitt, nec immerito sibi uidet hoc facere. Cateri timores habent aliquem post se locum, mors oia abscidit. Alia nos torquent, mors omnia deuorat. Omnis quæ horremus ad hāc exitus expectat, alii orūmq̄ per circuitum. Etiam qui alioquin se nihil timere iudicant, hoc timent. Quicquid aliud extimescimus, habet remedium, aut solatium. Si ergo fortuna, aut alius tibi pala mortem minetur, omnes terriculas eius deludas.

MOrieris. Ita hominis natura est & non poena. Morieris. Hac conditione intra uiū exire. Morieris. Gentium lex est, quod acceperis reddere. Morieris. Peregrinatio est uita. Multa cum deambulaueris, deinde redeundū est. Morieris. Putabam te aliquid noui dicere. Ad hoc ueni, hac ago, huc me singulū dies adducunt. Nascenti mihi natura protinus hunc posuit terminum. Quid habeo quo indigner? haec uera iuraui. Morieris. Stultum est timere, quod uitare non possis. Istud non fugitur, & si differat. Morieris. Nec primus, nec ultimus. Omnes me anteceſterunt, omnesq̄ fequentur. Morieris. Hic est humani officij finis. Quis senex exactore moleſte tulit? Quo transit orbis, ego transibo. Quid ergo? nescio me esse animal rationale & mortale. Morieris. Nihil graue est, quod semel est. Alienum nihil noui equidem. Cū eo creditore contraxi, cui detorqueris non possum, Morieris. Dij melius. Nemo hac re me lius mortalibus minari potest.

SEd decollaberis. Quid interest utrum casim moriar, an punctū? Sed sape feris, & multi in te gladij concurrent. Quid refert an multa sint uulnera? Non potest amplius q̄ unum esse mortiferum.

Peregre morieris. Vndeūq; ad inferos una uia est. Peregre morieris. Ego quod debeo, soluer paratus sum. Videat fenerator ubi me appellat. Peregre morieris. Nulla terra est aliena mortuo. Peregre morieris. Non est grauior foris q̄ do mi somnus. Peregre morieris. Hoc est in patriam sine uiativo peruenire.

Sed iuuenis morieris. Optimum est ante q̄ optes mori. Iuuenis morieris. Hoc unū est quod aequa tam ad iuuenem q̄ ad senem pertinet. Non citamur excessu, nec exigit numerus annorum. Et adolescentes & impuberes eadem fati necessitas ducit. Optimum est mori, cum iuuat uiuere. Iuuenis morieris. Quicquid ad extremū fati sui uenit, senex moritur. Non enim refert quæ sit hominiū atas, sed quæ sit mea. Iuuenis morieris. Fortasse alicui malo subducit me fortuna, uel nulli alij certe, uel se nectui.

Th̄ sepultus eris. Quid aliud respondeam, q̄ id Maronis. Faciliſ iactura sepulchri. Si nihil sentio, non pertinet ad me iactura corporis insepulti. Si sentio, omnis sepulchra temetū est. Insepultus facebis. Quid interest ignis me an fera comedat, an tempus omnū sepulchra. Istud, non sentient, supervacuum est, sentient onus. In sepulchra facebis. At tu combustus, at tu obrutus, at tu inclusus, at tu putridus, at tu evisceratus & constrictus, at traditus lapidi, qui te paulatim edet & excitet. Nulla est sepulchra, non sepelimur, sed proiecimur. Non sepeleris. Quid inter tutissima trepidas? Ultra pœnarum omniū terminū iste locus est. Vitæ multa debemus, morti nihil. Non defunctorum causa, sed uiuorum inuenta est sepulchra, ut corpora & uisu & odore foeda amouerentur. Alios terra obruit, alios flamma consumpsit, alios lapis redditurus inclusit. Sed nostris oculis parcimus.

Aegroto, uenit tempus quo experimentum mei caperem. Non in mari tantum, aut in prælio uir fortis appetet. Exhibitetur etiā in leitulo uirtus. Aegroto. Non potest istud

Qualiter
responden-
tis, cujus
a uili plabe
cula laedit.

potest istud toto sāculo fieri. Aut ego febrem relinquam, aut ipsa me. Semper una esse non possumus. Cum morbo mihi res est, aut uincet, aut uincatur.

M Ale de te opinantur homines, sed mali. Moverer, si de me Marius, si Cato, si Lelius sapiens, si alter Cato, si duo Scipiones, si loquerentur. Nūc malis dissi plicere laudari est. Non potest ullam auctoritatē habere sententia, ubi qui damnandus est male de te loquitur. Male de te loquuntur. Moverer, si iudi cō hoc facerent, nūc morbo faciunt. Non de me loquunt, sed de se. Male de te loquin tur. Bene nesciunt loqui, qui faciunt, non quod mereor, sed quod solēt. Quibusdā enim canib⁹ sic innatū est, ut non pro feritate, sed pro consuetudine latrent.

EXulabis, Erras cum omnia fecerim, patriam meam transire non possum. Omniū una est. Extra hanc nemo proficisci potest. Exulabis, Non patria mihi interdic tur, sed locus. In quamcunq; terram uenio, meam inuenio. Nulla terra exiliū est, sed altera patria est. Non eris in patria. Patria est, ubi cung; bene est. Illud autem per quod bene est, in homine, non in loco est. In illius potestate est, quid sit illa fortuna. Sicuti sapiens est, peregrinabitur. Si stultus, exulat.

Dolor imminet. Si exiguis est, feramus. Leuis enim est patientia. Si grauis est, feramus. Non leuis est gloria. Dolor clamorem exprimit, sed secreta non expiat. Non potest homo par dolori esse, nec rationi dolor. Dura res est dolor, immo tu mollis. Pauci dolorem ferre potuerunt. Simus ex paucis. Imbecilles na tura sumus. Naturam infamare nolite, illa nos fortes genuit. Fugiamus dolorem. Quid, quod ille sequitur fugientes.

PAupertas mihi grauis est, immo tu grauior paupertati. Non in paupertate uitium est, sed in pauperi. Illa expedita est, hilaris, tuta. Nescis te opinione non re la borare. Pauper es, quia uideris. Pauper sum. Nihil deest aubus. Pecora in die uiuent, feris ad alimenta sollitudo sua sufficit. Accepit ille grādem pecuniam, absq; dubio superbiam accepit.

NON sum potens. Gaudie, quia impotens non eris. Inuiriā accipere potero. Gaudi e, quia facere non poteris. Magnam pecuniam habet. Hominem illum iudicas, arca est. Quis arario, quis plenis loculis inuidet. Et ista quemadmodū pe cunia aestimas, pecuniae loculus est. Multum habet, utrum avarus, aut prodigus est. Si avarus, non habet. Si prodigus, non habebit. Ille quem beatum credis, saepe doler, saepe suspicat. Multi illum comitantur. Mel muscae sequuntur, cadauera lupi, frumenta for mica. Prādam sequitur ista turba, non hominem.

PEcuniam perdidī, fortasse te illa perdidisset. Pecuniam perdidī. Habebis unum periculum minus. Pecuniam perdidī. O te felicem, si cum illa auaritiam perdi disti. Sed si manet illa apud te, es tamen utcunq; felicior, quoniam tanto malo ma teria subducta est. Perdidisti pecuniam, & illa quidē q̄ multos. Eris nūc in uia expeditior, domi tutor. Non habebis, sed non timebis haeredem. Exoneravit te fortuna si intelligis, & tuiro loco posuit. Damnum putas, & remedium est. Defles genus, miles rum te clamas q̄ opibus excusus es. Tu uito ista iactura tam triflīs est. Nō tā moleste feres, si tanq̄ pdit⁹ habuisses. Perdidisti pecuniam, nepe quā ut tu haberes, ali⁹ pdiderat.

Oculos perdidisti, habet & nox suos uoluptates. Oculos perdidisti. Quā multis cupiditatibus uia incisa est, q̄ multis hominibus carebo, quos ne uiderem eruendi erant. Non intelligis patrem innocentia esse cæcitatem. Oculi adulterium monstrant, & mala omnia. Certe irritamenta sunt uitorum, ducesq; scelerum.

AMISISTI liberos. Stultus es, si defleas mortalem mortalium. Quid istud aut nouū, aut mirum est? Quam rara est sine isto casu domus. Quid si felicem uoces arborem, a qua stante cadunt ipsa pomā? Et hic tuus fructus est. Dūcitur ex p̄beia dōmo funera, ducuntur & ex regia. Non est idem ordo fati, qui & ætatis: Nō, quomodo q̄ uenit, emittit. Quid inde est quo indigneris? Quid contra expectationem tuam euenit? Perire perituri. Sed ego illos superlites optabā. Verum hoc nō tibi pmiserat. Perierūt liberi mei. Habebat illi cuius essent magis q̄ tui, apud te pre cario morabā

cario morabantur. Educandoſ tibi fortuna mādauit, recepit illōs, nō abstulit.

NAusfragium pertuli. Cogita quod nō perdidis, sed euaseris. Nudus exi. Exiſti cum perire potuisti una cum omnibus.

Inatrones incidi, alius in accusatores, alius in fures, alius in fraudatores. Plena est insidijs tua. Noli conqueri q̄ incidentis, aerum gaude q̄ euaseris. Inimicos graues habeo. Quomodo aduersus feras munimēta coquires, quomodo aduersus lerpē tes, sic aduersus inimicos auxilia circūspice, quibus illos aut arceas, aut compelcas, aut quod optimū est places. Inimicos habeo. Illud est peius, q̄ amicos non habeas.

AMICUM perdidi, iam eum te habuisse certum est. Alium quare, & tibi eum quā ras, ubi inuenies possis. Quare inter liberales artes, honesta & recta officia, quare in laboribus. Ad mensam ista res nō quarirur, quare aliquē frugis. Perdi di amicum. Fortem animū habe si unum, erubescit si unicū. Quid tu in tanta te pestate ad unam ancoram stabas?

VXOREM bonam amisi. Vtrum inueneras bonam an feceras? Si inueneras, habere te posse ex hoc intelligas, licet habuisti. Si feceras, bene spera. Res perij, falsus est artifex. Amisi uxorem bonam. Quid in illa probasti? Pudicitia. Quā multa diu custoditam perdisti. Decus. Quā multa inter probatas matronalis ordinis esse cœperunt postea inter exempla naturarum. Delectabat me fides eius.

* **Q**uā multa ex optimis coniugib⁹ pessimas uideamus, ex diligentissimis solutissimis.

Omniū imperitorum animus quidē maxime in lubrica muliere. Si bonam uxore habuisti, non potes permansur affirmare in illo proposito. Nihil tam mobile q̄ foemina rum voluntas, nihil tam uagum. Nouimus ueterum matrimoniorū repudia, & feodiōres diuortio, male coherentium, rixas. Quā multa quos in adolescentia amauerunt in communi reliquerū senectute, quoties anile diuortium risimus, q̄ multarum amor odio notiore mutatus est. Sed hac & fuit bona & fuisset. Mors effectit, ut affirmare sine pículo possis. Bonam uxorem amisi. Inuenies si nihil queris, nisi bonam, dūmodo ne imagines, p̄ auose respexeris, nec patrimoniuū cui iam ipsa nobilitas cessit. Ista diu cū forma repugna bunt. Facilius reges animū, nulla uanitate tumentem. Non multum abest a cōtemptu uitii, que se nimis conspicit. Duc bene iostitiam, nec maternis inquinatam uitij. Nō cui minus fit in dote q̄ in ueste. Amisi uxorem bonam. Multos tibi numerare possum, qbus bonam uxorem lugentibus succesſit melior.

MORS, exilium, luctus, dolor, non sunt supplicia, sed tributa uiuendi. Neminem illæfum fata transiit. Felix est, non qui al ijs uidetur, sed qui sibi. Videas autem q̄ domi sit ista felicitas rara. Vicina est miseria, habet enim aliquid, trahit ex ea.

Libri de remedij fortitorum finis.

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM NATVRALIVM

QVAESTIONVM LIBER PRIMVS.



VANTVM inter philosophiā interest Lucili uirorum optime, & cateras artes, tantum interesse existimo in ipsa philosophiā in ter illam partem, quae ad homines, & hanc quae ad deos spectat. Altior est hæc & animosior, multum permisit sibi, non fuit oculis contenta. Maius esse quiddam suspicata est, ac pulchritus, quod extra conspectum natura posuisset. Deniq; tantum inter duas in rerest, quantum inter deum & hominē. Altera docet quid in teritis agendū sit. Altera quid agatur in celo. Altera errores nostros discutit, & lumen admouet, quo discernantur ambigua uira. Altera multo supra hanc caliginem in qua uoluntur excedit, & tenebris ereptos, illi p̄ducit, unde lucet. Et quidem tunc naturæ rerum gratias ago, cum illam non ab hac parte video, quæ publica est, cum secretiora eius intraui, cum disco quæ uniuersi materia sit, quis

Cōtra mu liebrem in constantiā

fit, quis autor sit, aut custos, quid sit deus, totus in se intendat, an ad nos aliquando respiciat, faciat quotidie aliquid, an semel fecerit, pars mundi sit, an mundus, licet illi hodieque decernere, & ex lege fatorum aliquid derogare, an maiestatis diminutio sit, & confessio erroris, mutata factio. Necesse est enim ei eadem placere, cui nisi optima placere non possunt. Nec ob hoc minus liber & potens est, ipse enim est necessitas sua. Nisi ad hoc admittetur, non fuerat opera preicum nasci. Quid enim erat, cur non in numero uiuentium me possum esse gauderem, an ut cibos & potionem percolarem, ut hoc corpus casurum ac fluidum, periturumq, nisi subinde impleatur, sarcinem, & uiuerem agri minister, ut mortem timerem, cui unius omnes nascimur. Detrahe hoc inastimabile bonum, non est uita tantum, ut sudem, ut astrem. O q̄ cōtempta res est homo, nisi supra humana se exeret. Quā diu cum affectibus colluctamus. Quid magnifici facimus, etiā si superiores sumus, portenta uiincimus. Quid est, cur suspiciamus nosmetipos, quia dissimiles deterrimus sumus? Non video quare libi placeat, qui robustior est uestitudinario. Multum interest inter uires & bonam uestitudinem. Effugisti uitia animi, non est tibi frons facta, nec in alienā uoluptatem sermo compositus, nec cor inuolutum avaritia, quae quicquid omnibus abstulit, libi ipsi negat. Nec luxuria pecuniam turpiter amittens, qui turpius reparet, nec ambitione qua te ad dignitatem nisi per indigna non ducet. Nihil adhuc consecutus es. Multa effugisti, te nondum. Virtus enim ista quam affectamus, magnifica est. Non quia per se beatum est malo caruisse, sed quia animū laxat, ac præparat ad cognitionem coelestium dignorum efficit, qui in consortium dei ueniat. Tunc consummatū habet plenūmē bonum sortis humanae, cum calcato omni malo petit altum, & in interiorē naturā finit uenit. Tunc fuuat inter sydera ipsa uagantem diuitium paumenta ridere, & totam cum auro suo terram. Non illud tantum dico, quod egessit, & signandum moneta dedit, sed & illud quod in occulto feruat posterorum avaritiae. Nec potest ante cōtemnere porticus, & lacunaria ebore fulgentia & consimiles sylvas, & deriuata in domos flumina, q̄ totum circumeat mundum, & terrarum orbem superne despiciens angustum, & magna ex parte opertum mari, & iam ea parte qua extat late squalidum, & aut ustum aut rigenter. Si bijspe ait, Hoc est illud punctum, quod inter tot gentes ferro & igni diuiditur. O q̄ ridiculi sunt mortalium termini. Ultra Istrum Dacus non exeat, Isthmum Samothraces includat, Parthis obster Eufrates, Danubius Sarmatica ac Romana disterneret, Rhenus Germaniae modum faciat. Pyreneus medium inter Gallias & Hispanias iugū extollat. Inter Aegyptum & Aethiopias harenarū inculta uastitas iaceat. Siquis formicis det in intellectum hominis, nōne illa unam aream in multis prouincias diuident. Certe si ille lanū ut magnam sustuleris, quotiens uidebis exercitus sub multis ire uxillis, & quasi magnum aliquid agatur, equitem modo altiora explorantem, modo a lateribus effusum, lītabit dicere, it nigrum campis agmen. Formicarū iste discursus est in angusto laborantium. Quid illis & nobis interest, nisi exigui mensura corporis, puncum est illud, in quo nauigatis, in quo bellatis, in quo regnatis. Ponitis minima etiam cū illis. Vtrinq; oceanus incurrit. Surlum ingentia spacia sunt, in quorum possessionem animus admittitur, at ita, si minimū secum ex corpore tulit, si fordidit omne detergit, & expeditus leuisque ac contentus modico emicuit. Cum illa tetigit, alitur, crescit, ac uelut uinculus liberatus, in originem redit. Et hoc habet argumentum diuinitatis suę, quod illum diuina delectant, nec ut alienis, sed interest ut suis. Secure spectat occasus syderū, atq; ortus & tam diuersas concordantium uias obseruat ubiq;. Que stella primū coelis lumen ostendat, ubi culmen eius summū, qua cursus sit, quo uolq; descendat. Curiosus spectator excutit singula, & querit. Quid ni querat, scit illa ad se pertinere. Tunc contemnit domiciliū, prioris anni gulfias. Quantū enim est, quod ab ultimis littoribus Hispanias ulq; ad Indos facet, patulissimorū diuerū spaciū si nauem ferat suus uentus implebit, at illa regio celestis p̄ tria ginta annos uelocissimo syderi uiam præstat, nūc resistent, sed aequaliter cito. Illuc deūm dicit, quod diu quæsiuit. Illuc incipit deūm nosse. Quid est deūs? mens uniuersitatis. Quid est deūs? Quod uides totum, & quod non uides totum. Sic deūm magnitudo sua illi redditur, qua nihil maius excogitari potest. Si solus est omnia, opus suū & extra & intra tenet. Quid ergo interest inter naturam dei, & nostrā? Nostri melior pars, animus est, in il-

est. In illo nulla pars extra animū, totus ratio est. Cur interī tantus error mortalitā te net, ut hoc quo neq; formosius est quicq; nec dispositius, nec in proposito cōstatiū, existimē homines fortuitum & casu uolubile? Ideoq; tumultuosum inter fulmina, nubes, tempestates & cetera quibus terra ac terris uicina pulsantur. Nec hac intra uulgū dementia est, sed sapientiam quoq; professos contingit. Sunt qui putent libi ipsiis animū esse, & quidem prouidum ac dispensantem singula & sua & aliena. Hoc autem uniussum expers esse conflū, in quo nos quoq; sumus, & aut ferri temeritate quadam, aut natura nelciente quid faciat. Quam utile existimas ista cognoscere & rebus terminos ponere? Quantū deūs possit? Materiam in se sibi formet an ea utatur? Vtrum idea materia prius super peruenit, ac materia idea, deūs quicquid uult efficiat, an in multis rebus illum tractanda desistunt, & a magno artifice pars formentur multa, non quia cessat ars, sed quia id in quo exercetur saepe inobsequens arti est. Haec inspicere, his incumbere, nonne transflire est mortalitatem suam, & in meliorem transscribi forte? Quid tibi inquis ista proderunt. Si nū aliud, hoc certe, sciām omnia angusta esse uersus deūm. Nunc ut ad propositum ueniam opus. Audi quid de ignib; philosophia uelit, quos aer transflus agit. Magna uillos excuti argumentum est, quod obliqui feruntur & præcipida celeriter. Apparet illos non ire, sed proijci. Ignium multa uariāq; facies sunt. Aristoteles quoddam genus illorum Caprā uocat. Si me interrogaueris quare, prior mihi rationem reddas oportet, quare hedi uocentur. Si autem quod commodissimum est conuenerit inter nos, ne alter alterum interroget, quid dicit illum respondere nō posse. Sacius erit de re ipsa querere q̄ mirari, quid ita Aristoteles globum ignis appellauerit Caprā. Talis fuit forma eius q; bellū aduersus Perseus Perseus Paulo gerente lunari magnitudine apparuit. Vidimus quoq; non semel flammarum ingentis pila specie, quæ tam in ipso curlu suo dissipata est. Vidimus circa diuī Augusti excessum simile prodigium. Vidimus eo tempore quo de Seiano actum est. Nec Germanici mors sine denunciacione tali fuit. Dices mihi. Ergo tu in tantis erroribus es, ut existimes deos mortuum signa præmittere, & quicq; elle in terris tam magnum quod perire mundus sciās. Erit allud istius rei tempus. Videbimus an certus omnium rerum ordo ducatur, & alia alijs ita complexa sint, ut quod antecedat, aut causa sit sequentium, aut signum. Videbimus an dijs humana sint cura, aut series ipsa, quid factura sit, certis rerum notis nunciet. Interim illud existimū huismodi ignes existere, aere uehementius trito, cum inclinatio eius in alteram partem facta est, & non cessit, sed inter se pugnauit. Ex hac uexatiōe nascuntur trabes & globi & faces & ardores. At cum leuius collisus & (ut ita dicam) striatus est, maiora lumina excutunt, crinēq; uolantia sydera ducent. Tunc ignes tenuissimi iter exile designant, & celo producent, Ideo nulla sine huismodi spectaculis nox est. Non em opus est ad efficienda ista magno aeris motu. Deniq; ut breuiter dicam, eadem ratione hunc ista qua fulmina, sed uimine quemadmodum nubes medio criter collisive fulgurationes efficiunt, sed maiore impetu impulsū fulmina. Sic quanto ille minus presleris, tanto leuiora fulmina emituntur. Aristoteles eiūmodi rationem redidit. Varia & multa terrarum orbis expirat, quedam humida, quedam secca, quedam calenta, quedam concipiendis ignibus idonea. Nec mirum est, si terris omnis generis & uaria euaporatio est, cum in celo quoq; non minus appareat color rerum, sed acrīor, ut canicular rubor, Martis remissior, Iouis nullus, in lucem puram nitore pducto. Necesse est ergo in magna copia corporisculorum quaē terra eiecent, & in superiorē agunt partem, aliqua in nubes peruenire alimenta ignium, quaē non tantum collisiva possint ardere, sed etiam afflata radij solis. Nam apud nos quoq; fragmenta sulphure aspera ignem ex interhallo trahunt. Veri ergo simile est, talem materiam inter nubes congregatam facile succēdi, & maiores minore rite subsistere, prout illis fuit plus, aut minus uirtutum. Illud enim stultissimum est existimare, aut stellas decidere, aut transflire, aut aliquid illis auferri & abradi, nam si hoc fuisse tam deuissent. Nulla em nox est qua non plurime ire, & in diuersum uideantur abduci. Atqui, quo solent, quoq; inueniuntur loco. Magnitudo sua singulis constat. Sequitur ergo, ut intra illa, ista nascant, & cito intercidant, quia sine fundamento & sede creata sunt. Quare ergo etiam non interdiu transferuntur, quid k si dicam

Animū uinculū liberū ad origine redit.

Quid deūs

De ignib; cœ
lestib; & mo
tibus ipsorū

*

Faces etiam
interdiu uisa

Gillippus.

Trabes &
cypri i pressu
ones.

Ares.

Ait. Itangere

Ait. i diluunt

Si dicā stellas inter diū nō esse, quia non apparent. Quemadmodum ille latēt & solis fulgore obumbrantur, sic faces quoque transcurunt interdiū, sed abscondit eās diūnā lū minis claritas. Si quando tamē tanta uis emicuit, ut & aduersus diem uincere sibi suū fulgorem possint, apparent. Nostra quoque etas nō semel uidit diūnas faces, alias ab oriente in occidente ueras, alias ab occidente in ortum. Argumentū tempestatis nautae putant, cum multæ transuolant stellæ, quod si signum uentorum est, ibi uenti sunt, id est in aere, qui medius inter lunam & terram est. In magna tempestate apparent, quasi stellæ uelo insidētes. Aduari se tunc pīlantes existimat, Pollucis & Caſtoris numine, causa autem melioris spei est, quod iam apparet frangi tempestate, & definire uentos. Alii quādo ferunt ignes nō sedent. Gillippo Siraculas petenti uisa est stella sup ipsam lācēam constitisse. In romanorū castris uisa sunt ardere pila, ignibus scilicet in illa delaplās qui saepe fulmīnū modo animalia ferire solent & arbusta, & si minore uim mittuntur, defluunt tantum & insidunt nō ferunt, nec uulnerant. Alij inter nubes eliduntur, alijs sere no, si aer ad exprimendū ignes aptus fuit. Nam sereno quoque celo aliquādo tonat, ex ea dem causa, qua nubilo, aer inter se colliso. Qui etiam si est lucidior ac siccior, coire tamē & facere corpora quādam simili nubibus potest, quae percutia reddant sonum. Quandoḡ igit̄ fiunt trabes, quādōc̄ clipeū & uastorum imagines ignium, ubi in talem matertan incidit similes causa, sed maior. V ideamus nunc quemadmodū fiat is fulgor, qui sydera circumneat. Memoria proditum est, quo die diuis Augustus urbem, ex Apollonia reuerlus, intravit, circa solem uisum coloris uarij circulum, qualis esē in arcu solet, hunc graci halo uocant, quem nos dicere coronam ap̄tissime possumus. Quemadmodum fieri dicatur, exponam. Cum in piscinam lapis missus est, uideimus in multis orbes aquam descendere, & fieri primū angustissimum orbem, deinde laiores ac deinde maiores, donec euangelat impetus, & in planiciem imotarum aquarū soluator. Tale quidam cogitemus fieri etiā in aere, cum spississimū factus, plaga sentire potest, lux solis aut lunæ uel cuiuslibet syderis incurrens, recedere illū in circulos cogit. Nam humor & aer & omne quod ex istū formā accipit, in talem habuitu impellit, qualis est eius quod impellit. Omne autē lumen rotundum est. Ergo & aer percutius lumine hunc modum exhibet. Ob hoc tales splendores graci areas uocauere, quia fere terendis frugib⁹ loca deiſinata sunt rotunda. Nos autem nō existimemus istas, siue areæ siue corona sunt, in uiciuia syderum fieri, plurimū ab his absunt, quāuis cingere ea & coronare uideantur. Non longe a terra sit talis effigies, quā uisus noſter solita imbecillitate deceptus, circa ipsum sydus putat possumus. In uicinia autē solis & stellarū nihil tale potest fieri, quia illuc aether tenuis est. Nam formæ crassis demum spississimæ corporibus imprimitur, in subtilibus nō habent ubi consistant, aut hereant. In balneis quoque circa lucernā tale quiddam aspicci solet, ob aeris densi obscuritatē, frequentissime autē austro, cum celum maxime graue & spissum est. Non nunquā paulatim deuelouuntur & desuntur. Nūnq̄ ab aliqua parte rumpunt, & inde uentum nautici expectant, unde cōtextus corona perit. Si autē a septētrione discesserit, aquilo erit. Si ab occidente, Fauonius, quod argumentū est, inter eam partē celī has fieri coronas, inter quā uenti esse solent. Superiora autem non habent coronas, quia ne uentos quidē. His argumētis & illud adiace, nullam coronā colligi nisi stabili aere & pigrō uento. Alter nō solet aspicci. Nam qui stat aer, impelli & deduci & in aliquā faciem fīngi potest. Is autē qui fluit, nec feritur quidē lumine. Non enī formatur nec resistit, quia prima quāq̄ pars eius dissipatur. Nunq̄ ergo illud sydus talem sibi effigiem circūdabit, nisi cum aer erit densus atq̄ imotus. & ob hoc custodiens incidentem in se rotundi linea luminis, nec sine causa. Repete igit̄ exemplū, quod paulo ante proposui. Lapillus in piscinā aut lacum & aliquā aquam missus, circulus facit innumerabiles, & hoc quidē nō facit in flumine. Quare? quia omnē figuram, fugiens aqua disturbat. Et hoc quidē in aere euenit, ut ille qui manet possit figurari, at ille qui rapit & currit nō det sui potestatē, & omnē istū uenientēq̄ formā exturbet. Hę de quibus dixi coronā cū delaplā sint æqualiter, & in semetipsis euauerint, significat aeris quies & ocū & tranquillitas, & tunc aquā expēcta. Cum ad unam partē cesserint, illinc uentus est, unde funduntur. Si ruptæ plurib⁹ locis sunt, tempestas fit. Quare id accidat, ex his quā iam proposui

proposui, intelligi potest. Nam si facies uniuersa subsedit, apparet temperatū esse aera, & sic placitum. Si ab una parte intercisa est, apparet inde aera incumbere, & ideo illa regio uentum dabat. At cum undiq̄ & cōcēptū & lacerata est, manifestum est a pluribus partibus in illam impetum fieri, & inquietū aera hinc atq̄ hinc assilire, itaq̄ ex hac incōstantia celī, tam multa tentantis & undiq̄ laborantis, futura tempestas uerorum plurimū apparet, hę corona noctib⁹ fere circa lunam, & alias stellas notantur, & interdiu raro, adeo ut quidam ex grācis negauerint eas omnino fieri, cum illos historias coarguit. Causa autem raritatis hac est, quod solis fortius lumen est, & aer agitatus ab illo, calefactusq̄ solutioñ est, luna autem inertior uis est. Itē idem quia facilis, a circūposito aere facilius sustinetur, eo quod sydera catena infirma sunt, nec perrumpere aera uis sua possunt. Excepti tur itaq̄ illorum imago, & in materia solidiore ac minus cedente uersatur. Debet enī aer nec tam spissus esse, ut excludat ac submoeat a se lumē immūsum, nec tam tenuis & foliatus, ut nullam uenientib⁹ radij moram prebeat, haec noctib⁹ temperantia continet, cum sydera coniectum aera luce leui non pugnaciter, nec aperie ferunt, spississimæ, q̄ solet esse interdiu, insciunt. At contra arcus in nocte nō fit, nisi admodum raro, quia luna non habet tantum uirium, ut nubes transeat, & illis colorē suffundat, qualem accipiunt sole perficit. Sic enim formam arcus discoloris accipiunt, quia alias partes in nūrib⁹ tumidiore sunt, alia submissiores, quādam caſtiores, q̄ ut solem transmittat, alia imbecilliore, q̄ ut excludat. Haec inæqualitas alterius lucem umbramq̄ permisit, & ex primit illam mirabilem arcus uarietatem. Altera causa eiūscemodi arcus redditur. Vide mus cum fistula aliquo loco rupta est, aquam per tenue foramen elidit, quae sparsa contra solem oblique positum, faciem arcus representat. Idem uidebis accidere, si quādo uolueris obseruare fullonem, cum os aqua impletum, & uestimenta tendiculis deducta leuiter aspergit, apparet uarios ediri colores in illo aere asperso, quales in arcu fulgere solent. Huīs rei cauam in humore esse non dubitaueris. Non fit enim unq̄ arcus nisi nubilo. Sed queramus quomodo fiat. Quidam autem esse aliquā stillicidia, quae solem transmittant. Quādam magis coacta, q̄ ut tranſtūcāt, itaq̄ ab illis fulgorem reddi, ab his umbram, & sic utriusq̄ interclusu effici arcum, in quo pars fulgeat, quae solem recipit, pars obscurior sit, quae exclusit, & ex se umbram proximis fecit. Hoc ita esse quidam negant, poterat enim umbra & lux cauam uideri, si arcus duos haberet colores, & sic ex lumine umbramq̄ constaret. Sed nūc diuersi intrant cū mille colores. Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit. Vtq̄ adeo quod tangit idem est, tamē ultima distant. Videamus in eo aliquid flammei, aliquid lutei, aliquid cerulei, & alia in pictura modum subtilibus linēis ducta, ut ait Poeta. Ut autē diuersimē colores sint, scire nō possis, nisi cū primis extrema contuleris. Nā cōmūraria decipit, usq̄ adeo mira arte natura, quae a simillimis cōcepit & in diuersimē definit. Quid ergo istū duo colores faciunt lumen atq̄ umbra, cū innumerabilium ratio reddenda sit? Quidam ita existimant arcū fieri. Dicunt in ea parte in qua pluit, singula stillicidia pluviæ cadentis, singula specula esse, a singulis ergo imagnē reddi solis. Deinde multas imagines, imo innūterabiles, & deuexas, & in præcep̄ transentes confundi. Itaq̄ & arcum est multarum imaginum solis confusione. Hoc sic colligitur. Pelues inquietū mille die sereno pone, & omnes habebunt imaginem solis. In singulis folijs, dispone singulas guttas, singula habebunt imaginem solis. At contra ingens stagnum non habebit nisi imaginem unam. Quare? quia omnis circumscrip̄ta levitas uel planities & circūdatus suis finibus, speculum est. Itaq̄ piscinam ingentis magnitudinis insertis parietibus, in plures diuides, totidem illa habebit imagines solis, quot lacus habuit. Relinque illam sicut est diffusa, semel tibi imaginem reddet. Nihil refert quā exiguis sit humor aut lacus. Si circūdatus est, speculum est. Ergo stillicidia illa infinita, quae imber cadens defert, totidem specula sunt, totidem solis facies habet. Hoc cōtra inquietū perturbata apparent, nec dispiciuntur intercalla, quibus singula distant, spatio p̄hibente discerni. Deinde pro singulis appetet una facies turbida ex omnibus. Aristoteles idem iudicat. Ab omni, inquietū leuitate aries radios suos replicat. Nihil autem leuitus aqua & aere. Ergo etiam ab aere spissu uisus noſter in nos redit. Vbi ergo hebes & inquietū est aries, quolibet aeris iſtu deficit. Quidam hoc genere ualitudinis laborant, ut ipsi

Vnde Iris
color tam ua
rius oratur

Ecce quomo
do oculorum
acies fallatur

Alt. i partis

*
Vide num le
gendū sit pro
pior & propi
ores.

Alt. i a latere

sibi uideantur occurrere, ut ubiq̄ imaginē suam cernant. Quare, quia infirma uis oculorum non potest ne proximum quidem sibi aerem prumpere, sed resistit. Itaq; quod in alijs efficit densus aer, in his facit omnis aqua. Satis enim ualeat qualisq; aciem imbecillē aciem repellendam, longe autē magis uisum nostrum nobis remittit. Itaq; quia crassior est, & peruinici non potest, sed radios luminum nostrorum moratur, & eo unde exterrit reflectit. Ergo cum multa stillicidia sint, totidem specula sunt. Sed quia parua sunt, solis colorē sine figura exprimunt. Deinde cum in stillicidijs innumerabilib⁹, & sine interuallo cadentibus reddatur idem color, incipit facies non multarū imaginum intermisſarū, sed unius longe atq; cōtinua. Quomodo, inquis, tu mihi multa milia istuc imaginū esse ubi nullam video? Et quare cū solis color uetus sit, imaginū diuersus est? Ut & hac quae proposuit refellam, & alia quae non minus refellenda sunt, illud dicam oportet, nihil acie nostra fallatius, nō tantum in his a quibus subtlerit peruidendis illa colorum diuersitas summouet, sed etiā hijs quoq; quae ad manus cernit. Remus integer in tenui aqua fracti speciem reddit. Poma per uitrum aspicientibus multo maiora sunt. Columnariū interualla porticus longiores iungunt. Ad ipsum solem reuertere, hunc quem toto orbe terrarum maiore probat ratio, acies nostra sic contraxit, ut sapientes uiri pedeante esse contendent. Quem uelociſſimū omnium esse scimus, nemo nostrū uidet moueri, nec ire crederemus, nisi appareret ipse. Mundū ipsum præcipiti uelocitate labente, & ortus osculatiq; intra momentū temporis reuolente, nemo nostrum sentit procedere. Quid ergo miraris, si oculi nostri innumerabilia stillicidia nō separant, & ingenti spacio intuentibus minutarū imaginum discrimen intererit? Illud esse dubium nulli potest, quia arcus imago solis sit roscida & causa nube cocepta. Quod ex hoc tibi appearat. Nunquā nō ad uera soli est, sublimis aut humilis, prout ille se submisit, aut sustulit contraria motu. Illo em descendente altior est, alto depresso. Sape talis nubes a latere solis est, nec arcum efficit, quia nō ex recto imaginē trahit. Varietas autē non ob alias cauam sit, quia quia pars coloris sole est sparsa nubes illa, humor autē modo ceruleas līteas, modo uirides, modo purpura similes, & lateas aut igneas ducit, duobus coloribus hanc uarietatem efficiens, remiso & intento. Sic enim purpure eodem conchylio nō in unum modum exit. Interest quantū macerata sit, crassius medicamentū arcus aquarius traxerit, sapius mersa sit & excocta, an semel tincta. Non est ergo mirum cū duæ res sint, sol & nubes, id est corpus & speculum, si tam multa genera colorum exprimunt, quae in multis generibus possunt aut incitari, aut languescere, alijs em̄ est color ex igneo lumine, alijs ex obtuso & leniore. In alijs rebus uaga inquisitio est, ubi nō habemus quod manu tenere possumus, & late conjectura mittenda est. Hic appetit duas causas esse arcus, solem nubem q; quia nec sereno unquā fit, nec ita nubilo, ut sol lateat. Ergo utiq; ex his est, quorū sine altero nō est. Iam nunc illud accedit, quod æque manifestū est speculi ratione imaginē reddi, quia nunquā nisi ex contrario reddi. Id est nisi ex altera parte steterit, quod apparet, ex altera quod ostendit. Rōnes qua nō pluident sed cogunt, a geometris adserunt, nec dubium quicquā relinquit, quin arcus imago solis sit male expressi, ob uitium figurā speculi. Nos interim repetemus alias probationes, quae de Platone legi possunt. Inter argumenta sic nascens arcus ponit, quod celerime hascitur, igneum enim uarium, & corpus celo intra momentū subtextur, & aqua celeriter aboletur, nihil autem tam cito redditu a speculo, quam imago. Non em̄ facit quicquā, sed ostendit. Parianus artes midorus adiicit, & quale genus nubis esse debeat, quod talentū soli imaginē reddit. Si speculum, inquit, concavum fecerit, quod sit secta pilae pars, si extra medium cōstiterit, quicunq; lux te stetere, inuersi tibi uidebuntur priores a te quam a speculo. Idem inquit, euennit, cum rotundam & cauam nubem intuemur a latere, ut solis imago in nube discedat. Priorq; nobis sit, & in nos magis conuerfa. Color igneus a sole est, ceruleus a nube, cateri utriusq; mixtura. Contra haec illa dicuntur. De speculis duæ opiniones sunt, alij enim in his simulachra putant esse, id est corporum nostrorum figurās a nostris corporibus emissas ac separatas, alij imagines aiunt, non esse in speculo, sed ipsa aspici corpora, retorta oculorum acie, & in se rursus deflexa. Nunc nihil ad rem pertinet, quomodo ipsas uideamus, sed quomodo imago similis debet e speculo reddi. Quid nam est tam dissimile,

tam dissimile, quam sol & arcus, in quo neq; color, neq; figura solis, neq; magnitudo appetit. Arcus longior ampliorq; est, longe q; ea parte, quā fulget, rubicundior q; sol, certis uero coloribus diuersus. Deinde cum uelis speculū alijs comparare, des oportet mīhi eandem levitatem corporis, eandem aequalitatem, eundem nitorem. Atq; mille nubes habent similitudinem speculi, per medianas saepē transimus, nec in illis nos cernimus. Qui montium summa cōscendent, speciant nubem, nec tamen imaginem suam in illa cernunt, singula stillicidia singula specula sunt. Concedo, sed illud nego ex stillicidijs cōstare nubem. Habent em̄ quadam, ex quibus fieri stillicidia possunt, non ipsa. Nec aquā quidem habent nubes, sed materiam futura aqua. Concedam tibi & guttas innumerabiles in nubibus esse, & illas faciem reddere. Non tamen omnes unā reddunt, sed singulæ singulas. Deinde inter se specula coniunge, in unam imaginē nō coeunt, sed quæc particula in se rei similitudinem claudet. Sunt quedam specula ex multis minutisq; cōposita, quibus si unum ostenderis hominem, populus appetit, unaquaq; parte faciem suam exprimit. Haec cum sint coniuncta & simili collocata, nihilominus seducit imágines suas, & ex uno turbam efficiunt. Caterum cateruam illam non confundunt, sed di remptam in facies singulæ distrahit. Ergo arcus uno circumscripsit ductu, una totius est facies. Quid ergo, inquit, non ex aqua, rupta fistula, sparsa & remo excusa habere qdam simile, his, quos uideremus in arcu, coloribus solet. Verum est, sed non ex hac caula, ex qua tu uideri uis, quia unaquaq; stilla recipit imaginem solis. Citius enim cadunt stilla q; ut concipere imaginem possint. Standum est, ut id quod initiatū excipiāt. Quid ergo sit? Colorem non imaginē ducunt aliquo modo, ut ait Nero Caesar discretissime. Colla tiberiacæ splendent agitata columbae. Et uarijs coloribus pauonina ceruix, quoties aliquo deflectitur, niter. Nunquid ergo dicemus specula eiusmodi pluuias, quarū omnis inclinatio in colores nouos transit? Non minus nubes diuersam speculū naturā habet. Aues quas retuli & Chamæleontes, & reliqua animalia, quorū color aut ex ipsi mutatus cum ira uel cupidine accensa, cutem suam uariant, humore diffuso, positione lūcis, quam prout rectam uel obliquam receperint, ita colorantur. Quid em̄ simile speculi habent nubes, cum illa non perlueant, haec trāsmitant lucem? Illa densa & coacta, haec rara sint, illa eiusdem materia, tota haec & diuersis temere composita, & ob hoc discordes, nec diu cohereta. Præterea uideremus ortu solis partem quandā cœli rubere. Videlim⁹ nubes aliquando ignei coloris. Quid ergo prohibet, quomodo hunc colorem unum accipiunt solis occursu, sic multos ab illis trahi, q; uis non habeant speculi potentiam? Modo, inquis, inter argumenta ponebas semper arcum cōtra solem excitari, quia ne a speculo quidem imago redderetur, nisi aduerto. Haec, inquam, questio nobiscum est. Nam quemadmodum opponendum est speculo, id cuius in se imaginem transferat, sic ut nubes insici possit. Ita sol ad hoc apte ponendus est. Nō enim idem facit si undiq; fulsit, & ad hoc opus est radiorum idoneus locus. Haec dicuntur ab his, qui uideri uolunt nubem colorari. Posidonius & hi qui speculari ratione talem effici iudicant uisum, hic respondent. Si ullus esset in areu color, permaneret ut uiseretur eo manifestius, quo pius. Nunc imago arcus ex longinquō clara est, interit cum e uicino est uentura. Huic contradictioni non consentio, cum ipsam sententiam probem. Quare dicam. Quia coloratur quidem nubes, sed ita ut color eius non undiq; appareat. Nam ne ipsa quidem undiq; apparel. Nubem em̄ nemo, qui in ipsa est, uider. Quid ergo mirum, si color eius non uidetur ab eo a quo ipsa non uisit? Atqui q; ipsa ip̄a non uideatur, est. Ergo & color. Ita non est, ergo & color, argumentum falsi coloris, qui dum appetet, accedebutus definit. Ide enim in ipsi evenit nubibus, nec ideo falsa sunt, quia nō uidentur. Præterea cum dicitur tibi nubem sole esse sufficiam, non dicitur tibi colorem illum immixtū esse uelut duro corpori ac maneti, sed ut fluido & uago, & nihil amplius q; per brei tem speciem recipienti. Sunt etiam quidam colores, qui ex interallo uim suam ostendunt. Purpuram tyram quo melior saturiorq; est, eo oportet ut altius teneas, ut fulgorum suum ostendat. Non tamen ideo non habet illa colorem, quia quem optimū habet, non, quoctq; explicetur, ostendit. In eadem sententia sum, qua posidonius ut arcum iūi dicem fieri nube formata in modum cōcaui speculi & rotundi, cui forma sit partis pilae.

K 3 secta;

lecta. Hoc probari, nisi geometra adiuvaretur, non potest, qui argumētū nihil dubij relinquit. Quæcibus docent, solis illam esse effigiem, non similem. Nec enim omnia aduersus specula respondet. Sunt quæ videre extimelcas tanta deformitate corrupta, ut facie visentium reddant, seruata sicutudine in peius. Sunt quæ cū uideris, placere tibi uires tua possint, in tantu lacerti crescent, & totius corporis supra humanā magnitudinē habitus augeat. Sunt quæ dextræ facies ostendat, sunt quæ sinistras, quæ torqueant uel euertant. Quid ergo mirū est, eiuscemodi speculū quo solis species uitoia redat, in nube quoq; fieri? Inter cetera argumēta & hoc erit, quod nunq; maior arcus dimidio circulo appetat, & quod eo minor est, quo altior est sol, ut at Vergilius noster. Et bībit iungens arcus, cum adueniat imber, sed nō caldē, undeciq; apparuerit, minas afferat. A meridie ortus magnā uim aquarū uehet. Vinci em non poterūt uehemētissimo sole, tantū est illis uirū. Si circa oculū casum refluit, rorabit & leuite impluet. Si ab ortu circae surrexerit, serena promittit. Quare tñ si imago solis est arcus, longe ipso sole major apparet. Quia est alius speculi natura talis, ut maiora mltā, quæ uideat, ostendat, & in portetuofanā magnitudinē augeat formas. Aliucius inuicē talis est, ut minuat. Illud mihi dic, quare in orbē cat facies, nisi orbi reddit? Dices fortasse unde sit ille color uarius, unde talis figura sit, non dices, nisi aliquod exemplar, ad quod formet, ostenderis. Nullū autem aliud quā solis est, a quo tu fatearis illi colorē dari, sequitur ut detur & forma. Deniq; inter me & te conuenit, colores filos quibus regio coeli depingit a sole esse. Illud unū inter nos nō conuenit, tu dicas illum colorē esse. Ego uideri. Qui siue est, siue uidetur, a sole est. Tu nō expedes, quare color ille subito delinat, cū omnes fulgores paulatim excutiantur. Pro me est & repentinus eius facies & repentinus interitus. Propriū em est speculi hoc, quod nō per partes struitur, quod apparet, sed statim totū fit. Aequē cito omnis imago modo illo aboleat, quā poterūt. Nihil aliud ad ista efficienda vel remoēda opus est, quā ostendi & abduci. Non est propria in ista nube substantia, nec corpus, sed mendax est sine re similitudo. Vis scire hoc ita esse? Desinet arcus, si obtexeris solem. Oppone, inquā, soli altera nubem, illius varietas peribit. At maior est aliquādo arcus, quā sol. Dixi modo fieri specula, quae multiplicant omne corpus quod imitanter. Illud ad h̄ciam omnia per aquā uidentibus longe esse maiora. Litera quāuis minutā & obscura p uirtutem pilā aqua plenā, maiores clarioresq; cernunt. Poma formosiora q̄ sint uident, innatant uitro. Sydera ampliora p nubē aspercenti cernunt, quā acies nostra humido labitur. Nec apprehendere quod uile fideliter potest. Quod manifestū fiet, si poculū adimpleueris aqua, & in id conieceris annulū. Nam cū in ipso fundo faceat annulus, facies eius in sumo aqua reddit, quicquid uideat per humore longe amplius uero est. Quid mirum maiore reddit imaginē solis, quæ in nube humida uisitatur, cū de causis duabus hoc accidat, qā in nube est uitro simile, quod poterūt cere. Est aliquid & aqua, quā si non dum habet, est, iam appareat eius natura, in quam ex sua uertatur. Quoniam, inquis, utri fecisti mentionē, ex hoc ipso contra te argumentū sumā. Virga solet uirea, stricta, uel plurib; angulis in modū clavae tortuola, haec si ex transuero solem accipit, colorē talem qualis in arcu uideri solet, reddit. Ut scias hic non imaginē solis esse, sed coloris imitationē ex repercuſſo. Primiū in hoc argumēto, q; apparet a sole fieri multa lunt pro me. Pridem quidē apparet quiddā leue esse debet, sile speculo, quod solē repercutiat. Deinde quod apparet nō fieri illum colorē, sed speciem falsi coloris, qualē ut dixi columbarū ceruix, & sumit & ponit, ubiq; deflectit, hoc autē & in speculo est, cuī nullus uidetur color, sed simulatio quedā coloris alieni. Vnū tamē hoc soluendū est, quod nō uisit in ista solis imago, cuius bene exprimēdā capax non est. Ita conatur quidē reddere imaginē, quia leuis est materia & ad hoc habilis, sed nō potest, quia enorūt fracta est. Si apta fabricata foret, totidem redderet soles, quot habuissent inspetores. Qui quia discernunt inter se, nō satis inuicem speculū nifent, inchoant tamē imagines nec exprimūt, & ob ipsum uicina turbant, & in specie coloris unius adducunt. At quare arcus nō implet orbem, sed dimidia pars eius uideat, cum plurimū porrigit incuruāt. Quidā ita opinant. Sol cum sit multo altior nubibus a supiore tangent illas peccit parte, sequit ut inferior pars eorū non tangat lumine. Ergo cū ab una parte solem accipiant, unam partē eius imitanter, quā nunq; dimidia maior est. Hoc argumētum

Quare res in aqua cernuntur
maiores.

Cur arcus sit
dimidiū tan-
sum,

mentū parum potens est. Quare, quia cū sol a superiori parte sit, totā tamen percudit nubem. Ergo cōtingit. Quid nō, cum radios transmittere soleat, & omnē densitatē per trāpere? Deinde contraria rem, pposito suo dicunt. Nam cū superior est sol, & ideo tantū superiori parti nubū astundit, nunc terratenus descendit arcus. Atqui usq; in humā demittit. Praterea nunq; nō cōtra solem est arcus. Nihil ad rem p̄tinet, supra infraue sit, quia totū, quod contra est, latus uerberat. Deinde aliquando arcum & occidens facit, cū certe ex inferiori pte nubes ferit, terris p̄pinq;as. Atqui & nunc dimidia pars est, cū quis sole nubes ex humili & sordido accipiāt. Noſtri qui sīc in nubilo, quō in speculo lumē reddi uolunt, nubē cauam faciunt, & secta pīlā partē, quæ non pōt totum orbē reddere, quia ipsa est pars orbīs. Proposito accedo argumēto, non cōfentio. Nam si in concavo speculo tota facies opposita orbīs exprimit, & in semi orbe nihil p̄hibet apīci totā pīlā, etiā nunc diximus cūclos apparere soli lunacj in similitudine arcus circūdatos. Quare ille cūclos iungit & in arcum nōn uolunt. Deinde quare temp̄ concavas nubes solem accipiunt, nec aliquādo planas & tumentes. Arestoteles ait. Post autūnale equinoctiū quā libet hora diei arcum fieri, in aestate nō fieri, nō incipiente aut inclinato iam die. Cuius rei causa manifesta est. Primiū quia media die sol calidissimus nubes evincit, nec potest ab his imaginē suam accipere, quas scindit. At matutino tpe, & uergens ad occasum cū minus uirū habeat, minus calidus est, & ideo a nubibus & sustineri & repercuti potest. Dein cū arcum facere nō soleat, nō aduersus hīs, in quibus facit, nubibus (cum breviores dies sint) temp̄ obliquus est. Itaq; qualibet diei parte etiam cum altissimus est, habet alias quas nubes, quas ex aduerto ferre potest. At tēporib; aētū supra nostrū uertice feruntur. Itaq; medio die excellissimus terras rectiore aspīcit linea, quā ut ullis nubibus possit occurri. Omnes em tunc sub se habet. Nunc dicendum est de uirgīs, quas nō minus pīcias uariacj & aque pluviārū signa solem accipere. In quibus non multū opera cōsu-mēdūt est, quia uirgā nihil aliud quā imperfecti arcus sunt. Nam facies quidē illis est pīcta, sed nihil curuati habet. In rectū iacent. Fuent autē iuxta solem fere in nube humida, & iam se spargente. Itaq; idem est in illis, quā in arcu color, tantū figura mutatur, quia nubū quoq; in quibus extendunt, alia est. Similis uarietas in coronis est, sed hoc differeunt, quod corona ubiq; fiunt, ubiq; sydus est, arcus nō nisi contra solem. Uirga nō nisi in uicina solis. Possum & hoc modo differentiā omnīt reddere. Coronā si dūtūseris, arcus erit, si direxeris, uirga. In oībus color multiplex est, ex ceruleo fulvoq; uariis. Uirga soli tantū adiaceat, arcus solares lunareq; omnes sunt. Coronæ omnīt syderum. Aliud quoq; uirgarū genūt apparet, cum radij, p angusta foraminata nubium tenues, intenti dīstantesq; inter se dirigunt, & ipsi signa imbrīum sunt. Quomodo nunc me hoc loco geram? Quid eas uocem, imagines solis? Historici soles uocant, binos ternosq; appariūtē memoris tradunt. Graci parelia appellant, quia in propinquō fere sole uisunt, aut quia accedunt ad aliquād similitudinē solis. Non enim totum imitantur, sed imaginē eius figuramq;. Ceterū nihil habent ardoris, hebetes ac languidi. His quod nomen imponimus? An facio quod Vergilius, qui dubitauit de nomine? Deinde id de quo dubitauerit posuit, & quo te nunc nomine dicam. Rhetica, nec cellis ideo contendit falēris. Nihil ergo prohibet illas parelia uocari. Sunt autem imagines solis in nube spissa & uicina in modū speculi. Quidā parelion ita diffinunt, nubes rotunda & splendida, similifici soli. Sequitur enim illum, nec unquam longius relinquitur, quam fuit cum apparuerit. Nunq; nostrum miratur, si solis effigiem in aliquo fonte, aut placido lacu uideat? Non ut puto. Atqui tam in sublīmē facies eius potest, quam nos uideamus, reddi, si modo idonea est materia, quā reddit. Quoties defectionem solis uolumus deprehendere, ponimus pelues, quas aut oleo, aut pīce implemus, quia pinguis humor minus facile turbatur, & ideo quas recipit imagines seruat. Appare autem imagines non possunt, nisi in liquido & immoto. Tunc solem notare quemadmodum se luna soli opponat, aut illum tanto maorem, subiecto corpore abscondat, modo ex parte, si sit contigūt, ut latus occurrit, modo totum. Hoc dicitur perfecta defectio, quae stellas quoque ostendit & intercipit lucem, tunc scilicet cum uertere orbis, sub eodem librimento stetit. Quemadmodum ergo in aere utriusq; imago terris aspīci potest, ita

Post autūn-
ale aquino-
ctiū, quāli-
ber hora est,
arcus.

Parelion dis-
finitur.

Pithiæ
Chasmata.

Chelæ.

test, ita in aere cū sit coactus aer & limpidus cōstituit, ut faciem solis acciperet, quā & aliæ nubes accipiunt, sed transmittūt, si aut mobiles sunt, aut rarae aut folidae. Mobiles enim spargunt illā, rarae emittunt, folidae turpēs non sentiunt. Sicut apud nos imaginē mā culola non reddit. Solent & bina pīri parelia eadē ratione. Quidē in impedit quo mi-
nus tot sint, quot nubes fuerunt apta, ad exhibendū imaginē solis? Quidā in illa sen-
tentia sunt, quoties duo simulachra talia existant, ut indicent in illis unum esse solis, alte-
rum imaginis. Nam apud nos quoq; cū plura specula disposita sunt ita, ut alteri sit con-
spectus alterius, omnia implentur, & una imago uera est, cetera imaginē effigies sunt.
Nihil enim refert quid sit, quod specula ostendat. Quicquid enim uidet, reddit, Ita illis
quoq; in sublimi, si nubes sors aliqua displosuit, ut inter se conspiciant, altera nubes solis
imaginē, altera imaginis reddit. Debent autē haec nubes, quae hoc prestant, densae esse, le-
ues, splendidae, planae naturae solis. Ob hoc omnia quā huius sunt simulachra, candida
sunt & similia luminaribus circulis, quia ex percussu oblique accepto, sole resplendent.
Nam si infra solem nubes sunt, & propior ab eo dissipatur, longe autē posita radios nō
remitit, nec imaginē efficit. Quia apud nos quoq; specula cum a nobis procul abducta
sunt, faciem nō reddit, quia acies nostra non habet uelut ad nos cursum. Pluviā autem
& hi soles (utar enim historica lingua) indicia sunt, Vtq; si a parte austri cōstiterunt, in-
de maxime nubes ingraescūt, cum utring; solem cinxiat talis effigies (si Arato credim⁹)
tempestas surgit. Tempus est, alios quoq; ignes percurrere, quorū diuersa figurā sunt.
Aliquando enīcat stella, aliquādo ardores sunt, aliquādo fixi & herentes, nōnunquam
vulnibiles. Horum plura genera conspicūnt. Sunt enim uelut corona cingente intrō-
sus ignes cœli. Recessus est similis ignis in orbem speluncā, sunt pithiae in magnitudinē
uasti rotundig; ignis, dolio similis, qui etiā fertur uel in uno loco flagrat. Sunt chasmata
cum aliquod cœli paciū desedit, & flamma uelut dehiscens in abdito ostentat. Colores
quoq; horū omnī pluriū sunt. Quidam ruboris acerrimi, quidā euāndae ac leuis flam-
ma, quidam candidae lucis, quidā miantes, quidam aequaliter & sine eruptionibus aut
radijs fului. Videmus ergo Stellarū longos a tergo albēlcre tractus, haec uelut stellæ exi-
liunt & transuolant, uidenturq; longū ignem porrigit, propter imensam celeritatem,
cū acies nostra non discernat transitum earū, sed quacunq; incurrent, totū ignitum cre-
dat. Tanta enim est uelocitas motus, ut partes eius nō dispiciantur, sed tantum summa
pendantur. Intelligimus magis, qua apparet stella, quam qua exeat. Itaq; uelut igne cō-
tinuo, totū iter signat, quia uisus nostrī tarditas non subsequit momenta currentis, sed ui-
det simul & unde exierit & quo peruenit. Quod fit in fulmine, longus nobis videſ
ignis eius, quia cito spaciū sursum transflit, & oculis nostris occurrit uniuersum p quod
deiectus est. At ille non est extēti corporis, per omne peruenit, neq; tam longa & ex-
tenuata in impetum ualent. Quomodo ergo profluit? Attributi aeris, ignis incensus, uen-
to præcep̄s, impellit, non semper tamen uento attrituue fit. Nonnunquam ex aliqua
opportunitate aeris nascitur. Multa enim sunt in sublimi, sicca, calida, terrena, inter qua
oritur, & pabulum suum subsequens defluit. Ideoq; uelociter rapitur. At quare color
diuersus est? Quia refert, quale sit id quod incindit, & quam uehemens, quo incen-
ditur. Ventum autē significat eiusmodi lapsus, & quidam ab ea parte qua erumpit. Ful-
gores, inquis, quomodo sunt, quos graci Chelas appellant: multis, ut aiunt, modis. Po-
test illos uentorum uis edere. Poteſt superioris cœli uel uenti feruor. Nam cum late fu-
sus sit ignis, inferiora aliquando, si sunt idonea accendi, corripit, potest stellarum motus
cursu suo excitare ignem, & in subiecta transmittere. Hoc uero non potest fieri. Quid,
porro ut aer uim ignem in aethera elidat, ex qua fulgor ardore sit, & stellæ similiſ ex-
cursus? Ex hijs fulgoribus quædam in præcep̄s sunt similia proſilientibus stellis, quæda-
certo loco permanent, & tantum lucis emitunt, ut fugent tenebras, & diem repre-
sentent, donec cōſumpto alimento, primū obscuriora sint, deinde flamma modo, quae in fe-
cadit, per affiduum diminutione redigunt in nihilum. Ex hijs quædam in nubibus appa-
rent, quæda supra nubes, cū aer spissus, igne, quæ propior terris diu parauerat, uelq; in ly-
dera exp̄ressit. Horū aliqua nō patiūt moram, sed transcurrūt aut extinguit subinde
qua relaxerant. Hijs fulgores dicuntur, quia breuis facies illorum & caudica est, nec sine

iniuria decidens, s^epē enim fulminum noxas ediderunt. Ab his tecta uidemus ista sine fulmine, quia asperio plecta graci vocant. At quibus longior mora & fortior ignis est, motumq^{ue} celi sequens, aut proprios cursus agunt, cometas nostri putant, de quibus dictum est. Horum genera sunt pagonia, lampades, & cicharissia, & alia omnia quorum ignis in exitu sparitus est. Dubium autem inter hos ponantur trabes, & p^hitrijas, quae raro sunt uisa. Multa enim conglobatione ignium indigent, cum ingens illorum orbis aliquan^{tum} matutini amplitudine solis exuperat. Inter haec ponas licet, & quod frequenter in historijs legimus, coelum ardore uisum. Cuius nonnunquam tam sublimis ardor est, ut inter ipsa sydera uideatur, nonnunquam tam humilis, ut speciem longinquam incendit p^{re}beat. Sub Tiberio casare cohortes in auxiliu hostiensis coloniae cucurserunt, tanquam conflagratis, cum ceci ardor suisset per magnam partem noctis, parum lucidus, crassi sumidiq^{ue} ignis. De his nemo dubitat quin habeant flammam quam ostendunt, certa illis substans certe. De prioribus queritur, de arcu dico & coronis, an decipiunt aciem & mendacio cōstent, an illis quoq^{ue} uerum sit, quod apparet. Nobis non placet in arcu aut coronis subesse aliquid corporis certi, nihil enim iudicamus in speculis, nisi fallaciam esse. Nihil aliud quam alienum opus mentientibus. Non enim est in speculo, quod ostenditur. Alioquin non exiret, nec in alia protinus imagine abdeueretur, nec innumerabiles modo interierit, modo exciperent formam. Quid ergo? Simulachra ista sunt, & inanis uerorum corporum imitatio. Suntes ista a quibusdam ita composita, ut & haec possint detorquere in prauum. Nam (ut dixi) sunt specula qua faciem prospiciunt oblique. Sunt qua in infinitum augent, ut humanum habitum excedant, modumq^{ue} nostrorum corporum. Hoc loco uolo tibi narrare fabellam, ut intelligas quam nullum instrumentum irritande uoluptatis libido contemnat, & ingeniosa sit ad incitandum furorem tuum. Hostius princeps quidam fuit obsce nitatis ufig in licenam productus. Hunc diuitem auarum sextertij milies serum Diuus augustus indignum uindicta uindicauit, cum a seruis oculus esset, & tamen non pronunciavit iure cesum uideri. Non erat ille tantummodo ab uno sexu impurus, sed tam uirorum quam foeminarum auditus fuit. Fecitq^{ue} specula eius nota, cuius modo retulit imagines longe maiores reddentia, in quibus d^{igitus} brachij mensuram & longitudinem & crassitudinem excederent. Hac autem ita disponebat, ut cum uirum ipse patere, aduersus omnes admissari sui motus in speculo uideret, ac deinde falsa magnitude ipsius membritan quam uera gaudebat. In omnibus quidem balneis agebat illi delectum, & aperta mensura legebat viros, sed nihilominus mendacij quoq^{ue} insatiabile malum oblectabat. I nunc dic speculum mundicarii causa repertus. Fæda dictu sunt, que portentum illud ore suo la/ cerandū dixerit feceritq^{ue}, cum illi specula ab omni parte opponerent, ut ipse flagitiorum suorum spectator eset, & qua secreta quoq^{ue} cōsciencia premun^{is}, & qua accusatus quisq^{ue} fecisse se negat, non in os tantum, sed in oculos suos ingereret. At hercules scelerata confitū lūu reformidat. In perditis quoq^{ue}, & ad omne dedecus expositis, tenerimā est oculoru uerecundia. Ille autem quasi parum eset inaudita & incognita pati, oculis suis ad illa aduocauit, nec quantū peccabat uiderere contentus, specula sibi q^{uod} p^{ro}pterea flagitia sua diuide ret, disponeretq^{ue} circumdedidit, & quia non tam diligenter intueri poterat, cum complexus erat, & caput merferat, genibusq^{ue} alienis obheferat, opus suum sibi per imagines oferebat. Speculabat illam libidinem oris sui, spectabat sibi admistos pariter in omnia uiros. Nonnunquam inter marem & foemina distributus, & toto corpe patiente expositus, spes etabat nefanda. Quid nam homo impurus reliquit, quod in tenebris faceret? non pertinet diem, sed ipsos concubitus portentuosos sibi ipse ostendit, sibi ipse approbauit. Quid non putes in ipso habitu uoluolice pingi? Est aliqua etiam prostitutus modestia, & in illa corpora publico obiecta ludibrii, aliquid, quo infelix patientia lateat, obtendunt, adeo quodam modo lunaparum quoq^{ue} uerecundum est. At illud monstrum obscenitatem suum spectaculum fecerat, & ea sibi ostentabat, quibus abcondendis nulla fatis alta nox est. Simul, inquit, & uirum & foemina patior, nihilominus illa quoq^{ue} super uacua mihi parte, alciuus contumelia marem exercet. Omnia membra stupris occupata sunt. Oculi quoque in partem libidinis ueniant, & testes eius tractores sunt. Etiam ea quæ conspectu corporis nostri positio summouit, ante uersentur, ne quis me putet nescire.

Afr. ~~†~~ pithiæ

Afr. [†]pithiae

Obscenissima fabula de Hostio, Sene
cæ nō admodum digna.

*air. + compres-
sus.*

iacuta mihi parte, aliquius contumeliam marem exerceo. Omnia membra stupris occupata sunt. Oculi quoque in partem libidinis ueniant, & testes eius tractore lue sint. Etiam ea qua conspectu corporis nostri positio summouit, ante uersentur, ne quis me putet nescire.

putet nescire, quid faciam. Nihil egit natura, quod humana libidini ministeria tam magna dedit, quod aliorum animalium concubitus melius instruxit. Inueniam quemadmodum dum morbo meo & potiar & sati faciam, quo nequitiam meā si ad naturā modum pecto, id genus speculatorum circumponā mihi, quod incredibilem imaginis magnitudinē reddat. Si liceret mihi, ad uerum ista perducere, quia nō licet, mendatio pascar. Obscenitas mea, plus quam capit, uideat, & patientiam tuam ipsa miretur. Facinus indignum, hic fortasse cito & antequā uideret occidit, sed speculum suum immolandus fuit. De rideantur nunc philosophi, quod de speculi natura differant, quod inquirant, quid facies ista nobis, & quid in nos obuersa reddatur. Quid sibi rerum natura uoluit, quod cum uera corpora edidisset, etiā simulachra eorum aspici uoluisset. Quorū pertinuerit, hanc comparare materię, excipiendū imaginum capacem. Non in hoc scilicet, ut ad speculum barbam faciemq; uelleremus, aut ut faciem utri poliremus. In nulla re illa negotiū luxuriae concessit, sed primum omnium, quia imbecilli oculi ad sustinendū comitū sollem ignoraturi erant formā eius, hebetato illum lumine ostendit. Quamuis enim eum orientem occidentemq; cōtemplari liceat, tamen habitum eius, ipsum qui uerus est, nō rubentis sed candida luce fulgentis nesciremus, nisi in aliquo nobis humore leuior, & aspici facilius occurreret. Praterea duoruſ syderum occursum quo interpolari dies folet, non uideremus, nec scire possemus, quid esset, nisi liberius humi solis lunaeq; imagines uideremus. Inuenta sunt specula, ut homo ipse se nosceret. Multi ex hoc consequtui pri mo sui noticiam, deinde & quoddam consilium, Formosus, ut uitaret infamiam. Deforis, ut sciret redimendū esse uirtutibus, quicquid corpori deesset. Iuuenis, ut flore atatis admoneret, illud tempus esse discendi, & fortia audendi. Senex, ut indecora carnis deponeret, & de morte aliiquid cogitaret. Ad hoc rerum natura facultatem nobis dedit, nosmetipſos uidendi. Fons cuiq; perlucidus aut leue faxum imaginem reddit. Nuper me in littore uidi. Cum placidū uentis staret mare. Qualem fuisse cultū putas? Ad hoc speculum seceruentiū etas illa simplicior & fortuita contenta, nondum in uitium bene ficiunt detorquet, nec inuentum natura in libidinē luxumq; rapiebat. Primo faciem suam cuiq; calus ostendit, deinde cū insitus sui mortalibus amor, dulcem aspectum formā sua ea facerent, sāpius despere, in quibus prius effigies suas uiderant. Postquam deterior populus subiit, in ipsa terras se effosuris, ferrum obruendū primū in ufo fuit, & id homines impate irruerint, si solum irruissent. Tunc demū alia terra mala, quorū levitas aliud agentibus speciem suam obtulit, quam hic in poculo, ille in are ad aliquos usus comparatam uidit, & mox proprie huic ministerio p̄paratus est orbis. Nondum argenti nitor, sed fragilis uilicq; materia. Tunc quoq; cum antiqui illi utri incondite uiuerent, sed fatis nitidi, squalorem opere collectum aduersi flumine eluerunt. Cura coīma, capillum fuit ac prominentē barbam depectere, & in hac re quisq; sibi, alteri operā dabant inuicem. Coniugum quidē manu, crinis ille, quem effundere olim mos uiris fuit attractabatur. Sed illum sibi sine ullo artifice formosi quatiebat, non aliter quam iubam generosa animalia. Postea rerum iam potientie luxuria, specula totis paria corporibus auro argentoq; celata sunt. Deniq; gemmis adornata, & poculum unum, ex his foemina constitit, quod antiquarum dos fuit, non illa qua publice dabatur imperatorum pauperum filiabus. An tu existimas, ex auro nitidum habuisse Scipionis filias speculum, cum illis dos fuisse æs graue? O paupertas felix, quæ tanto titulo locum fecit. Non fecisset ille senatus dotem, si habuissent. At quisquis ille fuit, cui socii loco senatus fuit, intellexit se accepisse dotem, quam fas non esset reddere. Iam libertinorum uirgunculis in unum speculum non sufficit illa dos, quam dedit pro se Scipio. Procescit enim molestus, pauplatim opibus ipsis mutata luxuria, incrementum ingens uitia accepterunt. Adeoq; omnia indiscreta sunt peruersissimis artibus, ut quicquid mundus mulierib⁹ vocabatur, sarcinae uiriles sint. Minus dico, etiam militares. Iam speculum ornatus tantum causa adhibet. Nulli non uitio muneratione, necessarium factum est.

Libri prīmi naturalium questionum finis.

Quare pas
sim oibus spe
culo sit uten
dum.

*

*

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM NATURALIVM.
QVAESTIONVM LIBER SECUNDVS.



MNIS de uniuerso quæstio in celestia, in sublimia, & terrena diuiditur. Prima pars naturam syderum scrutatur, & magnitudinē, & formas igniū uel syderum, quibus mūdus includitur. Solidum ne sit celum, ac firmæ concreteq; materia, an subtili tenuiꝝ nexus agatur, an agat, & infra se sydera habeat, an in contextu sui fixa, quæadmodum anni uices seruet, solem retro hæc. Catera deinceps his similia. Secunda pars tractat̄ inter celum terrāq; uersantia. Hæc sublimia dicimus, quia editoria imis sunt. Tertia illa pars de agris, terris, arbustis, satis, quarit, & ut iuriſ consultorū uerbo utar, de omnibus quæ solo continentur. Quomodo, inquis, de terrarū motu questionem eo posuisti loco, quo de tonitruſ fulgorib⁹ dicturus es? Quia cū motus terra fiat spiritu. Spiritus autē sit aer agitatus. Et si subeat terras, nō ibi spectandus est. Cogitū in ea sede, in qua illum natura dispositus. Dicam quod magis uidebitur mirum) Inter celestia & de terra dicendum erit. Quare, inquis, quia cū propria terra excutimus suo loco, utrum lata sit & inæqualis & enormiter proiecta, an tota in formam pilæ spectet, & in orbem partes suas agat, alligata aquas, an aquis alligetur, ipsa animal sit, an iners corpus, & sine sensu, plenū quidem spiritus, sed alieni. Et cetera huiusmodi quoties in manus uenerint, terrā lequeat, & imis collocabunt. At ubi quare, quis terra sit situs, qua parte mundi subsederit, quo aduersus syderā celumq; posita sit, hæc quæstio cedit superioribus, & ut ita dicam meliorem conditionem sequitur. Quoniam dixi de partibus in quas omnis retum natura materia diuiditur. Quædam in cōmone sunt dicenda, & hoc primum p̄sumendum inter ea corpora, a quibus unitas est, aera esse. Quid sit hoc, & quare precipiendū fuerit, scies, si paulo altius repetiero, & dixerō aliquid esse cōtinuum, aliquid cōmissum. Continuatio est partium inter se nō intermissa coniunctio. Vnitas est sine cōmissura continuatio, & duorum inter se coniunctiorū corporum tactus. Nunquid dubium, quin ex his corporibus qua uideamus tractamus, qua aut sentiunt aut sentiunt, quædā sunt composta, illa constant, aut nexus, aut aceruatione, ut puta funis, frumentū, nauis. Rursus nō composta ut arbor, lapis. Ergo concedas oportet, ex his quoq; qua sensum effugiant, ceterū ratione prendunt, efe in quibusdā unitatem corporū. Vides quomodo auribus tuis parcam Expedire me poteram, si philosphorū lingua uti uoluissem, ut dicerem unita corpora, hoc cū tibi remittam, tu inuicem mihi refer gratiā. Quare, istud si quādo dixerō unum, memineris me nō ad numerū referre, sed ad naturā corporis, nulla ope externa, sed unitate sua coherentis, ex hac nota corpori aer est. Omnia qua in noticiā nostrā cadunt uel cadere possunt, mūdus complectūt. Ex his quædam eius sunt partes, quædā materia loco relicta. Defyderat omnis natura materiam, sicut ars omnis qua manu constat. Quid sit hoc, apertius faciam. Pars em̄ nostri, manus, ossa, nerui, oculus, materia, succus recentis cibī, iturū in partes. Rursus quasi pars nostri est sanguis, qui tamen & materia est. Parat enim & alia, & nihilominus in numero est eorum, quibus totum corpus efficitur. Sic mundi pars est aer, & quidem necessaria, hic est enim qui celum terramq; cōnectat, quia īma ac summa sic separat, ut tamen iungat. Separat, quia mediū interuenit. Iungit, quia utriq; per hoc inter se confusus est. Supra se dat, quicquid accepit a terris. Rursus uim syderum in terrena transfundit. Quem sic partem mundi uoco, ut animalia & arbusta. Nam genus animalium arbustorumq; pars est uniuersi, quia in conſumptione uniuersi acceptum, & quia non est sine hoc uniuersum. Vnum autem animal & una arbor, quasi pars est, quia si perierit, tamen id ex quo perit, totum est. Aer autem ut dicitur, & celo & terris coheret. Veriꝝ innatus est, habet autem unitatem, quicquid aliqui ius natura pars est. Nihil em̄ nascitur, sine unitate. Tertia pars est mūdū & materia, Pars quare sit, nō puto te interrogaturū, ut aque interroges quare celū pars sit, quia sic licet nō magis sine hoc quā sine illa uniuersum esse pōt, quod cū ex his uniuersum est, ex quibus id est ex illo, & illa alimenta animalibus omnibus satis, omnibus stellis diuiduntur. Hinc quicquid

Alt. naturæ

Difinitio cō
tinuationis.